QUAESTIONES CRITICAE
DE
CODICIBUS SOPHOCLIS
RECTE AESTIMANDIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI

CONSOCIATA

AD SUMMOS

IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XXII. M. DEC. MDCCCLXIII HORA XI.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

ANTONIUS SEYFFERT

BRANDENBURGENSIS.

ADVERSARIUM PARTES SUSCIPIENT:

HERM. KETTNER, DR. PHIL.

GUIL. STUDEMUND, DR. PHIL. DES.

HALIS SAXONUM

TYPIS EXPRESSUM ORPHANOTROPHEI.

PATRI OPTIMO

MAURITIO SEYFFERT.

De codicum Sophoclis auctoritate et cognatione tametsi critici huius aetatis laudatissimi diligenter quaesiverunt, multum tamen abest ut susceptum laborem profligarint aut omnem exemerint dubitationem. Nos igitur cum et magnas dissensiones superesse videremus et fundamentum totius emendationis in codicibus probabiliter aestimatis constet esse positum: eandem quaestionem pro viribus iterare placuit, ea potissimum mente, ut quae primariis codicibus rationes et necessitudines intercederent accuratius investigaremus.

Postquam enim libros Soph. praestantissimos cum alii viri doctissimi tum Cobetus et Duebnerus summam per diligentiam excusserunt, criticos in diversas sententias abire cognovimus. Quorum alii reliquis codicibus Laurentianum A plut. XXXII, 9 sic praeferunt, ut eum unum ad orationem constituendam adhibeant, alii Laurentianum non pluris aestimant quam Parisinum illum, qui littera A signatur. Codicum autem eorum, quos commemoravimus, collationes, Laurentiani a P. Elmsleio, Parisini a Brunckio factae per longum tempus ad Sophoclis emendationem valuerunt, donec nostra aetate diversam iniit rationem Cobetus. Qui quum ex hoc codice sibi persuasisset quidquid ubique manuscriptorum inveniretur, profectum esse, reliquorum scripturas eidem posthabendas esse censet in libello de arte interpret. Lugd. Bat. a. 1847 edito. Quam sententiam sese secutos esse Schneidewinus et Nauckius professi sunt, quorum uterque nihil aliud iam ad poetam emendandum desiderari iudicavit, nisi ut omnibus locis, quae vera ac germana litterarum signa in illo cod. exstarent, accuratissime exploraretur. Iisdem rationibus adductus Fr. Duebnerus in Guilelmi Dindorfii usum iterum codices Laurentianum

et Parisinum contulerat. Ipse Dindorfius in nupera Oxoniensi edit. a. 1860 quamquam legem a Cobeto praescriptam coluit et observare conatus est, quam inconstanter tamen in eo negotio versetur ostendit nimius locorum numerus, ubi aliorum codicum lectiones imprimis Parisini A Laurentiano praetulit, quos ipse Tom. I pag. VII — XII enumeravit — qua quidem in enumeratione ipse haud paucos locos neglexit, ut ab A. Nauckio in recensione illius editionis, quae exstat in Iahn. Annal. Tom. III a. 62, animadversum est. Quam inconstantiam Nauckius l. l. extrem. ita ei crimini vertit, ut cod. Laurentianum A ad emendandum plus valere oportere contendat quam a Dindorfio concedatur. Iam etiam aliis in partibus idem Dindorfius ab iudicio suo parum consulto discessit: qui quum omnes alios codices unius Laurentiani A apographa esse dicat, inferiore disputationis loco cod. Florentinum Abbatiae 2725. littera Γ signatum haud immemorabilem esse ducit neque paucis locis, quos in recensu fabularum cognovimus, eius lectionibus Laurentianum A posthabuit. Quae inconstantia eiusmodi sane est, ut nemini non possit dubitationem movere, praesertim quum in pertractandis fabulis haud raro multo praestantiores lectiones ab aliis codicibus imprimis a cod. Parisino A et a Laurentiano Γ praeberi perspiciat. Itaque non iniuria saepius alterius librorum familiae, quam ducit Parisinus A, scripturis illius Laurentiani A auctoritas a Theodoro Bergkio posthabita esse mihi videtur. Atque in huius viri sententiam concessit Herm. Iustus Lipsius in dissert. de Sophocl. emendandi praesidiis Lips. a. 1860, qui quum cod. Parisinum aliam et a Laurentiano diversam familiam ducere ostendit tum illi etiam aliquas in corrigendo partes tribuendas esse existimat. Ab eodem viro diligentius quae ratio codici Laurentiano Γ cum Laurentiano A intercedat quaesitum est; quod quale sit, infra accuratius explicare nobis propositum est. Interim hoc loco breviter rem significamus. Codicem Γ ex ipso Laurentiano A non ductum esse, neminem sane fugiet, qui in illo codice non solum scholia nonnulla, quibus Laur. A careat, exstare, sed etiam alia integriora quam in illo servata esse intellexerit. Adde etiam quod codex Γ quibusdam men-

dis plane liber est, quibus Laurentianum A corruptum videmus, ut non dubites, quin ille codex ex ipso archetypo, non ex Laurentiano A transcriptus sit. Quod quia cum Laur. A haud raro consentit Suidas, Dindorfius, ut omnes de hac controversia sententias summatim attingam, hinc colligere vult, Suidam libro usum esse, qui similis fuerit ei, ex quo Γ originem duxerit: contra Herm. Iustus Lipsius l. l., quum Suidas non tam cum codice Γ quam cum Laurentiano A consentiat, multo probabilius statuisse videtur, librum a Suida usurpatum simillimum fuisse ei, ex quo communis et Laurentiani A et Γ origo repetenda esset. Nobis quidem utrum Dindorfii sententia magis commendanda an Lipsiana praeferenda videatur, infra propositum est disceptare; nunc, quoniam controversia illa de condicione Parisini A 2712 nondum est dirempta, hanc quaestionem Antigonae fabula diligentius perlustranda si minus profligare, at exemplis magis illustrare animum induximus. —

Atque ut ad corporis aegrotationem dignoscendam periti est medici comperire, qualis hominis natura sit, quonam modo antea ille vixerit, quibus iam morbis affectus fuerit, ita etiam in emendandis veterum scriptorum libris plurimum interest, ut magis magisque exploretur, quibus fortunae vicissitudinibus antiqui libri usque ad nostram memoriam propagati sint, quos casus subierint iniquos, quod ex his potissimum damnum atque incommodum traxerint. Quae quaestio quantis difficultatibus implicata sit, neminem profecto praeterit, dummodo quam incertis dubiisque rebus illa nitatur consideraverit. Qua de causa nihil ne si vilissimum quidem videatur, contemnendum est nec quidquam, quod aliquid momenti ad rem ipsam planius perspiciendam afferre possit, omittendum; namque magna saepe ex parvis intellegimus.

Itaque docti viri rectissime iudicaverunt vel maxime opus esse, ut aliquid in hac re proficiatur, indolem uniuscuiusque codicis indagari. Unde autem magis indoles ac natura codicum elucet, quam ex observando, quibus mendis corrupti sint, quibus mutationibus per temporis diuturnitatem depravati, quibus adiectionibus incrementum aut quibus praetermissionibus

detrimentum ceperint? Atque ut haec quaestio aliquanto certius progredi possit, nova collatione Fr. Duebneri effectum est, ex qua, quum in ipso codice quam accuratissime diversas manus, quae aut corrupta emendarunt aut falsa notarunt, distinxerit, tamquam historia quaedam omnium variarum lectionum cognosci potest. Iam vero illud quoque haud contemnendum momentum illa manuum distinctione allatum videmus: quum enim quod quaeque manus in codice scripsit, pro explorato habeamus, haud difficile est perspectu, quonam modo diversae illae manus in codice corrigendo versatae sint. Discernuntur autem a Duebnero plerumque quattuor manus: manus prima sive antiqua, deinde secunda sive altera, tum recentior, nonnumquam denique manus recentissima, cuius laus in textu, quem vocant, restituendo omnibus ceteris postponenda est. Quamquam vero collator ipse nonnullis locis, utrum correctionem textui illatam manui antiquae an recenti debeamus, haesitare videtur, tamen sine dubio plerasque de hac re adnotationes pro certis habere possumus. Atque ea, quae a diversis illis manibus aut notata aut correcta sunt, perlustranti in oculos paene incurrit, pleraque leviora peccata, quae in litteris aut commutandis aut omittendis consistunt, iam ab ipsa illa antiqua manu, quae textum de archetypo exscripserat, vel litura facta vel vera lectione superscripta correcta esse, alia vero graviora ab altera, quae denuo archetypi lectiones inspexerat et cum exemplari comparaverat, sanata esse.

Atque primae manus vitiorum origo unde repetenda sit, neminem profecto fallit, qui codicem Laur. A ex archetypo litteris maiusculis exarato minusculis transcriptum esse reputaverit. Quapropter etiam mutationes quasdam litterarum in illo cod. maxime frequentatas videmus, ut ει et η, ω et ο, α et λ et δ, κ et μ, alia. Quae igitur ab illa manu sive statim sive collatione iterum repetita ita correcta sunt, ea multo maiorem auctoritatem habere quam quae primo scripserat, non est negandum. Contulisse autem primam manum iterum, quae scripserat, cum archetypo demonstrare videntur ab eadem primo omissi tum suppleti Antig. vv. 68 — 70, a verbo ἔχειν usque ad πράσσειν, et v. 780, quem in margine addidit. At ubi

scriptura archetypi iam pallidior fuisse aut plane evanuisse videtur, aut ex coniectura nonnumquam illa antiqua manus verba restituere conata est aut litteras perperam lectas pro veris habuit aut inter duas lectiones fluctuavit. Ut

v. 15 super ἀργείων: ῑος scriptum exstat.
v. 125 ἀντιπάλωι: ου a m. antiq. legimus et sequente versu super δρακόντι: ος.
v. 130 ad ὑπεροπτίας adscriptum invenies a m. ant. ὑπερόπτας.
v. 187 super χθονὸς scriptum est a m. pr. πόλεως.
v. 218 ἄλλῳ in ἄλλο correxit pr. m.
v. 219 in ἐπιχωρεῖν ω in ει mutatum a m. ant.
v. 320 in ἀλάλημα erasa prima vocalis α.
v. 323 super ὧν δοκεῖ scriptum ἣν δοκῇ.
v. 344 in ἀμφιβαλών super ω: ο exstat.
v. 394 inter ὅρκων et ὅρκου haesitare videtur.
v. 557 μὲν γοῦ in μέντοι mutatum, quae quidem lectio non tantopere differt a recta, quam scholiasta praebet: μὲν σοί.
v. 619 προσαύσῃ: ultimis litteris superscriptum a m. ant. αἴρει i. e. προσαίρει.
v. 684 χρημάτων: super χρ. scriptum κτ. i. e. κτημάτων.
v. 688 super σοῦ ι. (i. e. σοί) scriptum male a. m. pr.

Atque ex his omnibus una modo adnotatio ab antiquae manus indole abhorrere videtur, quod v. 187 super χθονὸς scriptum invenimus πόλεως, quippe quod multo magis scholiastae vel cuiusvis interpretis sapientiam redolere videatur. Quodsi hoc a natura illius librarii abhorret, ut abhorret certe, dubitari non potest quin aut ipse scriba mirum quendam erraverit errorem aut hoc loco oculi collatorem deceperint neque illud ad antiquam manum referendum sit. Haec igitur res admodum dubia ac talis est, quae non possit nisi ab altero, qui iterum hunc locum in cod. inspexerit, dirimi. Et post hunc librarium proximis saeculis insequentibus tres alii correctores emendandis fabulis operam navarunt, quorum manus ut non facile distingui possunt ita nullam fere aut non magnam

auctoritatem habent. Constat enim illos librarios, Byzantinos praesertim, suo arbitratu non archetypum conferentes aut alium codicem inspicientes, quae falsa ac corrupta esse viderentur, ita commutasse, ut omnia modo falsis modo veris coniecturis tentarent. Ex quibus unus propriam sibi provinciam circumscripsisse videtur, qui plerumque aut accentus adiecit aut falsos in ordinem redegit aut verba perverse cohaerentia separavit. Ut

v. 182 *μείζον̓. μεῖζον* pr. Apostrophum addidit rec. m.
v. 229 *μένεις αὖ. μὲν εἰσᾶυ* pr. *μὲν εἶσᾶυ* rec. m.
v. 359 *παντὸ πόρος* (sic). Tertius accentus a m. rec.
v. 429. *διψίαν φέρει. διψὰν ἐκφέρει.* accentu gravi super *α* a manu recentiore addito et eraso *ι* super *ν*.

Restat autem una manus in Sophocleis fabulis emendandis vel maxime occupata, quae dignissima est, quae quam accuratissime cognoscatur. Ab eadem enim una non solum scholia in codicem transcripta sunt, sed etiam graviora peccata correcta atque adeo quaedam cum admirabili ingenii acumine novata. Dindorfius eam diorthotae nominat, Gustavus Wolffius in nova Laurentiani collatione, quam ad Oedip. Regem in nov. Rhen. Mus. vol. IX edidit, recentem. Quod etsi hic ab illius viri sententia, qui eodem undecimo saeculo, quo codex Laur. ex archetypo transcriptus sit, etiam illa a diorthotae manu adnotata esse censet, abhorrere videtur, tamen equidem hanc quaestionem non tanti momenti esse existimo, ut etiam ad iudicium de natura atque indole eius faciendum vehementer pertineat. Iam vero de huius ipsius manus condicione, quae memorabilem illam operam non solum in omnibus Sophoclis fabulis, sed etiam in Aeschyleis praestitit, sententias a Dindorfio et Nauckio nuperrime prolatas maxime inter se distare videmus. Et Dindorfius quidem iudicavit *διορθωτὴν* illum, quem vocat, accuratius archetypo inspecto multa menda, quae prima manus commisisset, sustulisse ac multo plures locos coniecturis, quas utrum ipse periclitatus an ab aliis mutuatus sit incertum sit, emendasse. Maximo enim documento ad hanc

rem comprobandam illud esse, quod nonnullos versus, quos prima manus etiam in altera collatione neglexerat, ab illo in margine adscriptos invenimus. Itaque Trachin. vv. 445 et 536 in Laurentiani A margine ab S. — ita enim in adnotationibus criticis Dindorfius διορθωτήν signavit — additos esse nulla dubitatione tradidit, quum tribus aliis locis: Oed. Tyr. v. 579. Electr. v. 1485. et 86., ibid. v. 1498 et 99 utrum ab S. an ab ipsa prima manu adscripti essent, in medio reliquerit. At contra hanc sententiam rectissime mihi Nauckius l. l. monere videtur multo veri similius esse correctorem illum, quem Dindorfius διορθωτὴν appellat, ex alio fonte atque ex archetypo Laurentiani novas lectiones easque nonnumquam rectiores hausisse. Quoniam enim, ut iam supra commemoravimus, ab ipsa prima manu item versus nonnulli et multo plures quam ab S. (Oed. Tyr. v. 141. Oed. Col. v. 69. ibid. v. 90. ibid. v. 899. ibid. v. 1105. Antig. v. 780. Electr. v. 275. ibid. v. 586) postea additi sunt, vix credibile est in altera collatione iterum quosdam ab eadem neglectos fuisse. Quod quidem non factum esse persuasum habebimus, si alteram Dindorfii sententiam redarguerimus, quae illum διορθωτήν pleraque ex sua coniectura novasse censet. Quod summo iure a Nauckio in dubium vocatum est. Dicit enim in perlustrandis illis coniecturis atque emendationibus ab S. textui illatis nihil magis offendere quam ipsarum inter se diversitatem atque imparem auctoritatem. Haud paucas profecto coniecturas eiusmodi esse, ut multo superent Byzantini cuiusdam critici vel grammatici acumen ingenii, quin etiam doctissimo cuique maximo decori summaeque laudi sint; contra nonnullas futiles plane et omni ratione carentes maxime ad scientiam illorum temporum accommodatas esse. Qua observatione sanequam vera multo magis adducimur, ut illum alio quodam fonte Laurentiano illo quidem dissimili, sed non maiore auctoritate digno aut minus depravato usum esse putemus. Atque ut hanc sententiam exemplis magis illustrem, nonnulla ab S. adnotata, quae vel probanda nobis vel reicienda sunt, afferre mihi liceat. Ac primum quidem pauca enumerabo, quae eiusmodi sunt, ut nemo facile eorum patrocinium suscipiat. Ut

v. 316 *οἶσθα.* *εἶ* super *οἶ* scriptum ab S. statim inter versus addita interpretatione, quae nunc inter scholia edita est: *ἄπιθι· καὶ νῦν γὰρ λέγων ἀνιαρός μοι εἶ.*

v. 646 *ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα, τί τόνδ' ἂν εἴποις ἄλλο πλὴν αὑτῷ πόνους φῦσαι, κτἑ.* Ad *πόνους* adnotat scholiasta *γρ. πέδας*, quam lectionem veri simile est profectam esse ab eo, qui pallidiores codicis litterarum ductus male transcripsit.

v. 697 — *μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν εἴασ' ὀλέσθαι μήθ' κτἑ.* — Ad nomen *κυνῶν* adnotat S. *λύκων*, quod item e falso lectis codicis litteris ortum videtur.

v. 970 *ἦδ' ὁ Θρηκῶν Σαλμυδησός, ἵν' ἀγχίπολις Ἄρης δισσοῖσι Φινείδαις εἶδεν ἀρατὸν ἕλκος.* In textu suo pro *ἵν'* legit S. *ὅν*, quod in codice adscripsit, quasi recta esset lectio. Hoc sane non multum prodit ingenii.

v. 1307 *τί μ' οὐκ ἀνταίαν — ἔπαισέν τις ἀμφιθήκτῳ ξίφει;* Super *ἀνταίαν* scripsit S. *καιρίαν*, quae haud scio an iam dudum in MSS. tamquam varia lectio adscripta fuerit.

v. 1314 *ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τρόπῳ;* Ad *ἐν φοναῖς* scriptum est ab S. *εἰς φονὰς*, quod nulla est sententia.

Maxime vero cavendum est, ne glossemata ab S. super textum scripta pro variis lectionibus aut pro ipsius coniecturis habeas. Nam etiam haec textui illata inveniuntur cum noto illo siglo grammaticorum *γρ.* aut *καὶ γρ.* i. e. *γράφεται.* Quod compendium etiamsi ad ipsam variam lectionem spectare videtur, tamen nonnumquam ab S. promiscue usurpatum esse persuasum mihi est. Ut

v. 633 ad verbum *λυσσαίνων* adnotat S. *γρ. θυμαίνων.*

v. 699 ad nomen *τιμῆς* scriptum ab S. *στήλης γρ. καὶ* quod quidem sine dubio e scholio in textum translatum est.

v. 846 ad verbum *ἐπικτῶμαι* adnotat S. *γρ. ἐπιβοῶμαι*, quod quo magis a metri ratione abhorret, eo certius glossema agnoscere possumus.

At numerus locorum eorum, qui ab S. maxime probabiliter emendati esse videntur, multo copiosior est. Quis igitur sibi persuadere potest eundem virum, quem modo ita hallucinantem vidimus, etiam tanto ingenii acumine fuisse, ut eas coniecturas fecerit, quae summam prudentiam atque sagacitatem proderent? Quamobrem multo veri similius esse mihi videtur, has omnes ex alio manuscripto profectas esse, cui nulla fere necessitudo cum Laurentiano A intercesserit, sed qui alius familiae indolem atque naturam prae se tulerit. Quod quidem multo magis elucebit, si ea omnia, quae ab S., ut dicunt, emendata sunt, ex una modo fabula Antigonae congesta dederimus. Atque graviora modo attulisse mihi satis erit.

v. 40 vulgatam lectionem ἣ θάπτουσα, quae omni sententia caret, correxit S. in ἣ 'φάπτουσα.

v. 154 ἐλελίζων a plerisque criticis ex S. adnotatione in ἐλελίχθων mutatur, quod etiam scholia probant.

v. 210 pro ἔκ γ' ἐμοῦ S. scriptum vult: ἐξ ἐμοῦ, quod plerique editores in textum receperunt.

v. 264 ἦμεν δ' ἑτοῖμοι καὶ μύδρους αἴρειν χεροῖν — κτἑ. αἴρειν, quod S. adnotat pro lectione codicis ἔχειν, omnibus probatur.

v. 387 τί δ' ἔστι; ποίᾳ ξύμμετρος ἐξέβην τύχῃ; Hanc lectionem codicis correxit S. in προὔβην pro ἐξέβην, quod etiam scholion commendat.

v. 392 codicis lectionem παρ' ἐλπίδαχα correxit S. in ἐλπίδα χαρὰ, quae lectio haud difficile in rectam commutari potest: παρ' ἐλπίδας χαρά.

v. 429 διψὰν ἐκφέρει prima manus exhibet; accentum gravem super α m. recens addit et eradit ι super ν. S. adnotat γρ. διψίαν φέρει, quod maxime comprobandum est.

v. 519 ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ. Ita S. pro τοὺς νόμους τούτους, quod fere omnes editores in textum receperunt.

v. 523 lectionem codicis Laur. A *ουτουνν*$^{\theta}$*έχειν* S. emendavit in rectam: *οὔτοι συνέχθειν.*
v. 928 *ἐνδίκως* ab S. recte in *ἐκδίκως* mutatum.

Quodsi has omnes fere lectiones in cod. Parisino A, qui aliam codicum familiam atque Laurentianus A ducit, integras reperimus, quid est quod dubites, quin *διορθωτὴς* ille manusripto codice Parisino simillimo usus sit? Quin etiam suspicio suboritur, illum librum manuscriptum nunc deperditum, quem *διορθωτὴς* ille undecimo saeculo adhibuerit, eundem fuisse, ex quo postea tertio decimo saeculo cod. Parisinus A n. 2712 profectus sit. Quod quidem nonnulli loci ex duobus codd. collati maxime probabile ac veri simile reddere mihi videntur:

	cod. Laur. A:	cod. Parisin. A:
v. 40	*ἢ θάπτουσα* cum *γρ. καὶ· ἢ ᾿φάπτουσα.*	*ἢ ᾿φάπτουσα.*
v. 53	*ἔπος.* superscript. ab S. *πάθος*	*πάθος* c. *γρ. ἔπος.*
v. 93	*ἐχθρανῆι* c. *γρ. ἐχθαρῆι*	*ἐχθαρῆ.*
v. 210	*ἐκ γ' ἐμοῦ.* adscripto ab S. in margine *γρ. ἐξ ἐμοῦ.*	*ἐξ ἐμοῦ.*
v. 264	*διψίαν φέρει. διψὰν ἐκφέρει* m. pr. accentu gravi super *α* a m. rec. addito et eraso *ι* super *ν*. Ab S. scriptum: *γρ. διψίαν φέρει.*	*διψίαν φέρει.*
v. 928	*ἐνδίκως κ* ab S. additum	*ἐκδίκως.*

Hi fere sunt loci, quibus correctio diorthotae cum lectione Parisini A consentit; quam ob rem divinatio illa haud in incertis argumentis posita esse mihi videtur. Atque ad eandem rationem etiam illud referendum esse existimo, quod v. 1036 *κἀμπεφόρτισμαι* ab S. mutatum est in *κἀκπεφόρτισμαι*, uti collatus in Parisino locus demonstrat, quum similis emendandi ratio Dindorfii dubitationem, utrum hoc in Laurentiano A a manu prima an ab S. scriptum sit, haud difficulter tollere vi-

deatur. Atque eodem modo res se habet v. 664, ubi Dindorfius non disceptare ausus est, utrum correctio ab S. an a manu aliqua recentiore facta sit. Nam quum videamus id, quod correctum sit, *κρατοῦσιν ἐννοεῖ* item legi in Parisino A, eandem correctionem in Laur. manui diorthotae tribuere non dubitamus. At non usquequaque invenies correctionem Laurentiani A cum Parisini lectione consentientem; sed exstant nonnulli loci, quibus frustra id, quod manus diorthotae in Laurentiano A correxit, in codice Parisino investiges. Velut

v. 339 in Laur. exstat *ἀποτρύετ' ἀπλομένων* cum *γρ. ἀποτρύεται ἰλλομένων.* Paris. autem perperam pro *ἀπλομένων* legit *παλλομένων.*

v. 387 super lectionem Laur. *ἐξέβην* scripsit S. *προὔβην.* Parisinus nunc corruptam exhibet lectionem *προὔβη.*

v. 519 *ὅμως ὅ γ' Ἅιδης τοὺς νόμους ἴσους ποθεῖ.* Ita leguntur verba correcta ab S. pro vulgata lectione *τούτους.* Parisinus autem una cum Laur. in textu suo lectionem *τούτους*, non, quod exspectes, *ἴσους* praebet.

Quibus ex paucis locis efficitur, ut etiam ille codex, unde Parisinus A derivatus est, per complurium saeculorum spatium aliis lectionibus textui illatis aut depravatus aut emendatus sit. Atque hoc multo magis nobis persuadebimus, si eorum locorum, quibus ex uno Parisino vera lectio eruta est, numerum cognoverimus. Itaque nemo eos locos ex una Antigonae fabula afferre mihi liceat, quibus nemo fere doctus Laurentianae lectioni Parisinam praeferre dubitavit:

	Laurent. A:	Paris. A:
v. 29	*ἄταφον ἄκλαυτον* (La et Lb)	rectius: *ἄκλαυστον ἄταφον*, quamquam male *ἄκλαυτον* in *ἄκλαυστον* mutatum est.
v. 128	*εἰσιδὼν*	*ἐσιδὼν*
v. 162	*πόλεως*	*πόλεος*

Cod. Laurent. A:		Cod. Paris. A:
v. 193	τῶνδ'	τῶν
v. 284	ὑπερτιμῶντας	ὑπερτιμῶντες
v. 302	ἥνυσαν	ἤνυσαν
v. 307	εἰς	ἐς
v. 341	πόλευον pr. πολεῦον corr.	πολεύων
v. 386	εἰς μέσον	ἐς δέον, modo pro ἐς scribendum εἰς
v. 413	κεῖνον	κινῶν
v. 467	ηἰσχόμην	ἠνσχόμην, nisi praestat, quod Eustathius legit: ἐσχόμην
v. 504	ἁνδάνει	ἁνδάνειν
v. 541	ποιουμένην	ποιουμένη
v. 572	αἵμων	αἷμον
v. 597	ἐρίπει	ἐρείπει
v. 635	μου	μοι
v. 640	ὄπιθεν	ὄπισθεν
v. 643	ἀνταμύνονται	ἀνταμύνωνται
v. 656	πάσας	πάσης
v. 676	πιθαρχία	πειθαρχία
v. 681	κεκλήμεθα	κεκλέμμεθα
v. 684	ὅσσ' —	ὅσ' —
v. 694	ἂν ἀξιωτάτη	ἀναξιωτάτη
v. 697	ὠμιστῶν κυνῶν	ὠμηστῶν κυνῶν
v. 698	μήδ' —	μήθ'
v. 699	τιμαῖς	τιμῆς
v. 757	μηδὲν λέγειν	μηδὲν κλύειν
v. 760	ἄγαγε	ἄγετε
v. 770	κατακτῆναι	κατακτεῖναι
v. 782	ὅστ' —	ὅς
v. 831	τάκει δ' ὑπ' ὀφρύσι	τέγγει δ' ὑπ' ὀφρύσι
v. 856	ἐκτείνεις	ἐκτίνεις
v. 863	πατρῷαι	ματρῷαι
v. 885	ἄξεσθ' —	ἄξεθ' —
v. 894	Φερσέφασσ'	Περσέφασσ'

	Cod. Laur. A:	Cod. Paris. A:
v. 920	θανάτων κατασφαγάς	θανόντων κατασκαφάς; sic et omnia apogr.
v. 931	τοῖς	τοῖσιν
v. 980	πατρός	ματρός
v. 998	τῆς ἐμῆς σημεῖα	σημεῖα τῆς ἐμῆς
v. 1025	οὐκ ἔστ' —	οὐκέτ' ἔστ' —
v. 1027	ἄϊνητος	ἀκίνητος et al. codd.
v. 1037	τὸν προσάρδεων	τ. πρὸς Σάρδεων
v. 1040	οὐ δή	οὐδ' εἰ
v. 1068	βάλλειν, ω a m. pr.	βαλών
v. 1092	ἐπιστάμεθα	ἐπιστάμεσθα
v. 1098	λακεῖν cum Flor. b.	Κρέον et omnia apographa excepto Flor. b.
v. 1119	ἰτάλειαν	ἰταλίαν
v. 1228	ποῖον	οἷον.

His igitur circiter quadraginta locis, quibus una in fabula Laurentianus A ex Parisino emendatus est, vehementer lex illa Cobetiana, in Sophocleis fabulis emendandis ad unum Laurentianum omnibus aliis codd. atque etiam Parisino neglectis recurrendum esse, reprobari mihi videtur. Quamobrem quamquam Laur. A. Parisino omnino praeferendus est, tamen non est cur cod. Parisinum, qui tot praesidia ad textum restituendum afferat, plane contemnamus. Atque illi ipsi, qui Cobetianam illam legem sese amplexos esse profitentur, contra eam facere videntur et quasi tacite reprehendere, quum tot ex uno Parisino locos emendatos sine ulla dubitatione comprobent atque pro veris lectionibus textui inserant. Quod praecipue a Dindorfio in editione Oxoniensi a. 1860 commissum esse videmus, qui fere omnibus illis, quos supra attulimus, locis cod. Parisini lectioni, non Laurentiani priores dedit. Nauckius vero a consilio suo, ut codicem Laurentianum tamquam normam ac regulam emendandi sequendam esse putaret, minus ille quidem destitit, sed idem tamen, si in illa lege non

tam pertinaciter, ut ita dicam, perseverasset, a nonnullis coniecturis maxime supervacaneis se abstinuisset. Veluti v. 128. omnes fere editores lectionem Parisini ἐσιδών pro ea, quae in Laurentiano invenitur, εἰςιδών metri causa improbata, summo iure in textu collocaverunt, quum Nauckius pro εἰσιδών conicere maluerit ἐπιδών. Cui profecto emendationi nemo iam assentitur, cui duo illi loci ex Oed. Col. fabula in mentem veniunt, ubi verbum εἰςορᾶν in eandem sententiam ‚aliquem irato animo intueri ulciscendi causa' usurpatum atque de deo dictum exstat:

v. 1370 τοίγαρ σ' ὁ δαίμων εἰςορᾷ μὲν οὔ τί πω
ὡς αὐτίκ', εἴπερ οἵδε κινοῦνται λόχοι
πρὸς ἄστυ Θήβης κτἑ.

et

v. 1536. θεοὶ γὰρ εὖ μέν, ὀψὲ δ' εἰςορῶσ', ὅταν
τὰ θεῖ' ἀφείς τις ἐς τὸ μαίνεσθαι τραπῇ.

Et in his locis libros MSS. non fluctuantes videmus. Neque magis coniecturae locus mihi esse videtur Antigonae v. 386, ubi legitur Parisini lectione accepta:

ὅδ' ἐκ δόμων ἄψορρος εἰς δέον περᾷ.

Nauckius quidem hanc lectionem respuens scriptum mavult pro εἰς δέον: εἰς καιρόν, quam correctionem sequentibus illis: ποίᾳ ξύμμετρος προὔβην τύχῃ; maxime postulari contendit. An non is, qui εἰς δέον domo evadit, etiam ξύμμετρος τύχῃ τινὶ accurrit? Itaque ne illa quidem coniectura necessaria mihi videtur. Atque alio loco v. 1037 idem vir doctus pro vulgata lectione τὸν πρὸς Σάρδεων (ἤλεκτρον) scribere vult: τἀπὸ Σάρδεων. In codice Laurentiano exstat τα προσάρδεων, sed a manu prima, cui a Nauckio, si recte ac sincere Cobetianam legem sequeretur, maxima fides habenda fuit, super τα scriptum est ὀν i. e. τὸν. Itaque una littera σ addita sic mutatum τὸν πρὸς Σάρδεων, quod quidem etiam codice Parisino confirmatur, multo veri similius est quam Nauckianum illud τἀπὸ Σάρδεων. Porro v. 1098: εὐβουλίας δεῖ, παῖ Μενοικέως, λακεῖν, ut exhibet Laurentianus A, λα-

κεῖν, ex versu 1094 huc illatum esse idque in apographis omnibus uno Florentino b excepto recte in Κρέον emendatum esse, paene omnes concesserunt; Nauckius unus addubitat illam lectionem et scribere mavult: εὐβουλίας δεῖ πᾶσι, παῖ Μενοικέως. Sed chorus hoc loco nihil aliud dicere potuit nisi Creonti, non πᾶσι, bonum opus esse consilium. Quodsi Nauckium illud παῖ Μενικέως Κρέον propter duplicem vocativum offendit, consideres velim, chorum instantius et quasi suppliciter expetere a Creonte, ut sententiam mutet, et ita minime improbandam esse duplicem illam invocationem. Atque haec pauca exempla sufficiant ad demonstrandum, quam non considerate nonnumquam ille codd. lectionibus neglectis suo ipsius ingenio indulserit.

Quamquam magnopere semper est cavendum, ne iniuria codicum lectiones aut observes aut negligas, quod quidem haud raro a Dindorfio peccatum est, quum Parisini A lectiones omnibus ceteris praetulerit. Nam summa cum diligentia perpendendum est, utra reicienda, utra praeferenda videatur; quae quidem res initium est artis criticae cum in omnibus scriptoribus tum in Sophoclis fabulis factitandae. Atque in hac ipsa re multa Dindorfium deliquisse videbimus, quum eos locos perlustraverimus, quibus lectiones Laur. A haud merito repudiavit aliusque familiae codicis lectionibus plus tribuit. Ut v. 42. nulla iusta causa Dindorfius commotus mihi videtur, ut ποῖ pro ποῦ e textu removeret; ποῖ γνώμης ποτ᾽ εἶ scriptum exstat in Laurentiano; ex Parisino autem a Dindorfio est ποῦ pro ποῖ illatum. Quod quam temere factum sit, non est cur cuiquam graece docto demonstrem, qui haud nesciat εἶναι eiusque composita cum praepositione εἰς etiam apud solutae orationis scriptores non raro iungi. v. 108 ab omnibus editoribus lectio duorum apographorum, ut adnotat Dindorfius, ὀξυτέρῳ κινήσασα χαλινῷ pro ὀξυτόρῳ κινήσασα χαλινῷ, quod exhibet Laurentianus A, pro vera habita et in textu posita est. Unus modo Gustavus Wolffius in libro de Scholl. Laurentt. pag. 254 illam lectionem ὀξυτόρῳ κινήσασα χαλινῷ retineri voluit, quod quidem summo iure illum conatum esse existimo. Ὀξυτόρος enim adiectivum aptissimum est, dummodo ne de

frenis lupatis id dictum esse putes sed de strepitu habendarum fugae accelerandae causa vehementer concussarum. Quodsi Wunderus ad h. l. contendit comparativo ὀξυτέρῳ significari Argivos post solis ortum accelerato gressu fugere coepisse, equidem intellego id a re ipsa non alienum esse et quodammodo Homerici θᾶσσον exemplo sustentari; sed tamen optimi libri scripturam sua ac propria laude insignem et magis a vulgari consuetudine recedentem non video cur aspernemur. Quamquam enim de sono adiectivum ὀξυτόρος rarius adhibitum esse videtur, tamen saepius ita usurpata inveniuntur τόρος et διάτορος. Neque minus falso Dindorfius lectioni apographorum fidem habuit v. 315, ubi scribere vult: „εἰπεῖν τι δώσεις ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω"; At atrocis animi custodis est dicere: „εἰπεῖν δὲ δώσεις ἢ στραφεὶς οὕτως ἴω"; ita enim dicit is, qui potestatem dicendi sibi fieri vehementer postulat, non qui submisso animo petit, ut loqui sibi liceat. Quorum locorum numerus mirum quam multis exemplis augeri potest; sed metus est ne prae minutis rebus summum illud totumque neglegamus. Itaque ut illius viri vitia in emendando textu Sophocleo longius persequar, non apographis modo iusto maiorem fidem habet, sed etiam ex aliis scriptoribus, quicunque versus Sophocleos attulerunt, varias lectiones assumere voluit. Unde factum est, ut nonnumquam temere novaret; veluti plane mihi inutile esse videtur ex Aristotel. Rhetor. 3, 14. ad v. 222 variam lectionem σπουδῆς pro τάχους adnotare; eandem vero in textu reponere, maxime temerarium. Nihil enim momenti affert, quod etiam scholiasta in interpretatione sua ad hunc locum illud nomen σπουδῆς scripsit, quippe qui saepius aliud nomen variandi causa atque in textu exstat posuerit. Aristotelem vero illum versum ex memoria transcripsisse maxime veri simile videtur.

Quae quum ita sint, quum multis locis Parisinum A Laurentiano praestare, aliis Laurentianum A temere ab editoribus neglectum esse supra intellexerimus, restat ut de iis locis disputem, quibus haesitare possis, utrum lectionem Laurentiani sequendam, an id, quod Parisinus A praebet, recipiendam esse putes. Nonnumquam enim Laurentianus A aeque ac Parisinus A

lectionem haud improbabilem exhibere videntur; quod ubi ita est, ego quidem Laurentiano codici, utpote qui a mendis liberior ac minus corruptus sit, obtemperandum esse existimo. Velut v. 229 Laur. *A* exhibet *κεὶ τάδ᾽ εἴσεται Κρέων — ἄλλου παρ᾽ ἀνδρός, πῶς σὺ δῆτ᾽ οὐκ ἀλγυνεῖ;* in Parisino vero exstat: *καὶ τάδ᾽ εἴσεται κτἑ.* — v. 394 in Laurentiano a manu prima correctum est: *ἥκω δι᾽ ὅρκου καίπερ ὢν ἀπώμοτος — κόρην ἄγων τήνδ᾽* e. q. s. Parisinus vero praebet: *ἥκω, δι᾽ ὅρκων καίπερ ὢν ἀπώμοτος κτἑ.* Similiterque plures numerari possunt mutationes minores, quarum quaevis in Laurentiano *A* emendatior atque a vitiis integrior videtur.

Iam vero etsi a duobus illis viris, Cobeto dico et Duebnero, nuper quam accuratissime codex Laur. excussus sit atque omnes eius litterarum ductus quam diligentissime inspecti, tamen non desunt loci, quibus de veritate lectionis non plane liqueat. Nam quod duae illae collationes in discernendis variis manibus saepius inter se dissentiunt, non offendit; illud molestius, quod certis quibusdam locis altera collatio aliam lectionem in cod. exstare pronuntiat. Atque de his quidem nemo nisi tertius quis, qui ipse codicem inspexerit, diiudicare poterit; ut v. 151 *τῶν νῦν θέσθε λησμοσύναν* collatione Duebneri in cod. a prima manu scriptum est: *θέσθω*, tum *ω* in *ε* mutatum; Cobetus vero pro *θέσθω* in codice legit *θέσθαι*, quod nunc a Nauckio ita acceptum videmus, ut totum locum per coniecturam emendare conetur. Scribere enim vult: *χρὴ νῦν θέσθαι λησμοσύναν.* — v. 557 *καλῶς σὺ μὲν τοῖς, τοῖς δ᾽ ἐγὼ ᾿δόκουν φρονεῖν* Nauckius non sine dubitatione proponit, quod non certa sunt in codice litterarum vestigia. Cobetus enim narrat *μὲν τοῖς* a prima manu in *μέν τοι* correctum esse, quum Duebnerus affirmet *μέν γ᾽ οὐ* mutatum esse ab eadem manu in *μέν τοι;* quare Dindorfius totum locum emendare mavult itaque scribere: *καλῶς σὺ μὲν σοί, τοῖς δ᾽ ἐγὼ ᾿δόκουν φρονεῖν.* Et haec quidem lectio etiam scholiastae interpretatione: *σεαυτῇ καλῶς ἐδόκεις φρονεῖν, μὴ συμπράττουσά μοι, ἐγὼ δὲ τούτοις ἢ τοῖς ἀνδράσιν ἢ τοῖς ἐμοῖς δόγμασιν*, comprobari videtur.

Atque ut reliquas collationum illarum diversitates perstringam, saepius illas in syllabis finalibus notandis fluctuare cognovimus; quae quidem sunt vitia leviora atque facile corrigi possunt. Unum modo, quod Elmsleius et Cobetus plane neglexerunt, quodque multo gravius est, nova illa Duebneri collatione assecuti sumus:

vv. 482 et 483: ὕβρις δ', ἐπεὶ δέδρακεν, ἥδε δευτέρα,
τούτοις ἐπαυχεῖν καὶ δεδρακυῖαν γελᾶν.

nunc ab omni suspicione liberati sunt, quia exploratum habemus eos etiam in Laurentiano *A* inverso ordine sed adscriptis litteris *β* et *α* exstare. —

Et haec quidem hactenus de Parisino *A* et de duabus illis collationibus Laurentiani *A*; satis enim probasse mihi videor illum codicem Parisinum *A* in veris lectionibus constituendis ac confirmandis haud raro tantum afferre momenti, ut non modo non neglegendus sed etiam quam maxime observandus sit, eique semper post Laurentianum secundum locum concedendum esse. Sed superest alius codex a Dindorfio quidem in ceterorum exemplarium numero habitus sed maxime dignus, cuius lectiones perscrutemur easque cum aliis libris conferendo, qua sint auctoritate et dignitate, exploremus atque cognoscamus. Est inter libros ex bibliotheca abbatiae Florentinae in Mediceam illatos codex littera *Γ* a Dindorfio notatus, qui Aiacem Electram Oedipum regem Philoctetam comprehendit, cuius lectiones adhuc ab viris doctis plus minusve in Sophocleis fabulis emendandis neglectae sunt.

Quo de libro duorum virorum, qui quidem huic molestae ac perdifficili quaestioni operam quandam navaverunt, Guilelmi Dindorfii et Hermanni Iusti Lipsii iudicia exstant. Quorum ille (in praef. ad edit. Soph. Oxon. 1860.), quum omnia apographa, quae novimus, tamquam ex uno fonte ex Laurentiano *A* ducta esse contendat, varias lectiones, quae haud paucae in Laur. *Γ* exstant, prae unico fonte, qui scripturam antiquitus traditam lectoribus plane ante oculos ponat, neglegendas esse ducit; hic vero (progr. de Soph. emend. praesidiis. Lps. 1860.) trecentis ex Oedipo Tyranno versibus in duobus illis Lauren-

tianis comparatis eorumque variis lectionibus diiudicatis persuasit sibi Laurentianum Γ non de ipso Δ exscriptum esse sed de archetypo eiusdem originem suam manifeste ducere. Ille pari esse hunc auctoritate atque cetera apographa, hic fere idem quod Laurentiano Δ etiam huic codici tribuendum esse censet. Quae quum ita sint, quum duorum illorum virorum sententias tantopere inter se discrepare videamus, operae pretium facere nobis videmur, ut controversiam illam quantum possimus tollere ac dirimere conemur. Priusquam autem quid rationis codici Γ cum codice Δ sit, non accuratissime exploratum habemus, illius varias lectiones ad emendandas Sophoclis fabulas utilitatem quandam haud facile afferre apparet. Quin etiam periculum haud parvum suboritur, ne illae cum perversitate quadam iudicii adhibeantur earumque auctoritas pluris aestimata veram ac germanam lectionem magis magisque obscuret atque opprimat. Itaque nunc, quatenus duorum illorum virorum iudicia aut repudianda aut probanda sint, singulis ex duobus codicibus locis, quibus alter ab altero abhorreat, quibus ambo inter se consentiant atque conspirent, diligenter perlustratis paucis, si placet, consideremus.

Itaque, quod primum unicuique sane in singulis utriusque codicis lectionibus conferendis occurrit, magna est multitudo communium vitiorum, quam collationes eorum factae a Dindorfio vel in Soph. edit. a. 1825 vel in Oxon. edit. a. 1860 probant ac demonstrant. Quorum peccatorum exempla, quae sexcenta reperiuntur, enumerare longius est nec multum nobis ad id quod volumus efficiendum prodest. Satius est, ut quae multo similior ratio codici Γ quam aliis Mss., quae correctorum manus magis experta sunt, cum Laurentiano Δ intercedat, perspiciamus, eos modo locos, quibus utriusque codicis commune vitium aliorum librorum ope corrigitur, enotasse, eosque ex una Philoctetae fabula repetitos et maxime memorabiles dignosque, qui describantur; nam ex his ipsis unius fabulae fere quadraginta locis mirum quantum elucebit natura et ratio illorum codicum. Sunt autem hi, quos ita descripsi, ut prior scriptura unco inclusa codicum Δ et Γ sit, altera

adscripta aut omnium aliorum exemplarium aut unius alteriusve apographi:

v. 10 κατείχετ' ἀεὶ] κατεῖχ'. — v 24 κλίνοις] κλίνης. — v. 55 ἐκκλέψῃς] ἐκκλέψεις. — v. 61 μόνην δ'] μόνην. — v. 81 τι] τοι. — v. 103 πείθηται] πίθηται. — v. 116 θηρατέα] θηρατέ' οὖν (θηρατέα γοῦν Par. A.) — v. 126 δοκῇς ἔτι] δοκῇτέ τι. — v. 135 δέσποτα μ'] με δέσποτ' Triclinius. — v. 241 οἶσθ' ἤδη] οἶσθα δή Paris. 2712. — v. 266 τῆς δ'] τῆς. — v. 267 ἀγρίῳ] fortasse rectius se habet scriptura, quam Eustathius exhibet: φοινίῳ, quum paullo ante iam idem ἀγρίᾳ dictum sit. — v. 285 οὖν] δή, quod omissum erat ante praepositionem διά; saepius enim fit, ut in codicibus vocabula quaedam aut singulae syllabae aut ante similes litteras aut post eas plane neglegantur, velut in Γ Phil. vv. 794 et 795 ἂν omissum ante ἀντὶ et τὴν post τήνδε; v. 123 exstat in Γ μένων ἐκεῖνον pro vera lectione μένων νιν κεῖνον. v. 788 Γ omisit μοι post ὤμοι sive οἴμοι. Oed. R. 66 με omisit Γ post μέν. ibid. 137 γὰρ post ὑπέρ. ibid. v. 284 δὴ ante δειμάτων. ibid. v. 378 ταῦτα 'ξευρήματα pro ταῦτα τἀξευρήματα. ibid. v. 717 δὲ omissum post παῖδας. ibid. v. 899 τὸν omissum post οὐκέτι. ibid. v. 968 δὴ ante γῆς, et v. 1016 post οὐδὲν ἐν excidit, et alia huiusmodi. Itaque non mirum quod nonnulli versus, quamquam postea a librariis metri causa aliquo verbo addito suppleti sunt, etiam nunc rectam emendationem vel potius supplementum desiderare videntur. Velut Phil. v. 950 Turnebus, ut metrum integrum restitueret, ἀλλ' addidit scriptumque voluit: ἀλλ' ἀπόδος· ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαυτῷ γενοῦ. Mihi vero illam peccandi rationem consideranti multo magis placet, si scribimus ἀπόδος δός· ἀλλὰ κτέ. δὸς enim post ἀπόδος multo facilius intercidere potuisse quam initio versus ἀλλ' apparet. Neque dissimilis mihi correctio Aiacis v. 384 adhibenda esse videtur; dummodo enim trimetrum hoc loco agnoscamus, haud difficulter detruncatum quasi versum, sicuti in codicibus exhibetur: ἴδοιμί νιν, καίπερ ὧδ' ἀτώμενος, in rectam integramque formam redigas: ἴδοιμι νῦν νιν, καίπερ ὧδ' ἀτώμενος. — Sed ne diutius enumerationis meae cursum inter-

rumpam, oratio mea ad recensendos illos locos, quibus commune codicum *Α* et *Γ* vitium aliunde emendandum est, regreditur. v. 288 *εὕρισκε*] *ἐξεύρισκε* sive *ἐξηύρισκε*. — v. 294 *τάλας*] non dubito quin hoc falso ex versu superiore 290 huc irrepserit rectiusque se habeat, quod scholiasta ad v. 702 legit: *ποσίν*. — v. 316 *ἀντάποιν'*] *ἀντίποιν'*. Idem codex Electr. v. 592. — v. 417 *Λαερτίου*] *Λαερτίῳ* in Parisino 2712 superscriptum, unde alia apographa in textum receperunt. — v. 437 *αἵρει*] *αἱρεῖ*. — v. 446 *οὐδέπω*] *οὐδέν πω*. — v. 465 *ἥκη* *Α* *ἥκει* *Γ*] *εἴκῃ*. — v. 494 *βεβήκοι*] *βεβήκῃ*. — v. 559 *γ'* in *Α* et *Γ* omissum praebent apographa pleraque. — v. 571 *ἔσω*] *ἐγώ* unum apogr. — v. 655 *ἀλλ' ἔσθ'. Α. ἀλλ' ἔσθ' ἄλλ' ἅ. Γ.*] *ἄλλα γ' ἔσθ' ἅ*. — v. 745 *βρίχομαι*] *βρύχομαι*. — v. 755 *τοὐπείσαγμα*] *τοὐπίσαγμα*. — v. 783 *φόνιον*] *φοίνιον*. — v. 789 *φύγοιτε*] *φύγητε*. — v. 903 *ἔπαισεν*] *ἔπεισεν*. — v. 924 *τὰ* *Α* et *Γ* omiserunt. — v. 984 *τολμήστατε*] *τολμίστατε* Paris. A exhibet, quod praeferendum videtur propter similitudinem, ut Dindorfius adnotat, superlativorum *κλεπτίστατος λαγνίσταιος ψευδίστατος φαρμακίσταιος*. — v. 1146 *πτηναί*] *πταναί*. — v. 1226 *πειθόμενος*] *πιθόμενος*. — v. 1231 *τί χρῆμα τί*] *τί χρῆμα*. — v. 1235 *δὴ* *Α* et *Γ* omiserunt; praebent apographa. — v. 1294 *τὲ* omissum in *Α* et *Γ* exstat in apographis. — v. 1308 *δὴ* omissum praebent apographa; item v. 1312 *Θ*. — v. 1322 *εὔνοιάν σοι*] *εὐνοίᾳ*. —

Atque pleraque vitia consistunt in permutationibus litterarum et in omissis aut litteris aut syllabis aut totis vocabulis; quae quidem omnia aut corrigere aut addere non magnae sagacitatis erat. Permulta vero alia exempla ex tribus reliquis fabulis Electrae Oedipi Regis Aiacis afferre possem, nisi iam ex his ipsis quae memoravi ratio ac natura necessitudinis, quae videatur inter *Α* et *Γ* intercedere, satis perspiceretur. Enimvero altera causa accedit, unde multo magis cognationem codicis *Γ* cum *Α* maxime esse propinquam appareat. Neque enim in mendis modo sed etiam in germanis lectionibus Laurentianum *Γ* mirum in modum cum uno *Α* consentire videmus. Quamquam vero tales loci multo rarius in-

veniuntur, tamen ipsi quoque aliquantum ad similitudinem illam, quae maxima est codici Γ cum Λ, probandam conferre videntur.

Itaque Philoctet. v. 2 exhibent Λ et Γ ἄστιπτος, apographa ἄστειπτος, quod idem v. 33 invenitur. — v. 30 Λ et Γ κατακλισθείς, apogr. vero κατακλιθείς. — v. 47 Λ et Γ λαβεῖν, apographa nonnulla μολεῖν idemque edit. Aldina, quod ex versu insequente 60 huc illatum esse manifestum est. — v. 111 Λ et Γ εἰς κέρδος, apogr. tria πρὸς κέρδος. — v. 1381 Λ et Γ καλῶς, quum in omnibus apographis exstet κάλ'. Sed facile e lectione καλῶς germanam lectionem λῷσθ' erui posse Dindorfius non inepte animadvertit. — Aiac. v. 61 Λ et Γ φόνου, apographa πόνου, quod falso a plerisque editoribus in textum receptum mihi videtur. — Electr. v. 305 γὰρ ἀεὶ Γ et pr. m. codicis Λ exhibent, sed inserto a manu secunda in Laur. Λ ι i. e. αἰεί, quod idem in plerisque apographis invenitur. — ibid. v. 736 ὅπως δ' ὁρᾷ Γ et Λ a prim. manu exhibent; secunda manus codicis Λ superscripsit: ὅδ' ὡς δ' et inde illatum est hoc in omnia apographa excepto Florentino Γ, quo confirmatur lectio ὅπως δ' ὁρᾷ κτέ. — ibid. v. 676 Γ et Λ a pr. m. praebent lectionem νῦν τε καὶ πάλαι λέγω, quum in cod. Λ a m. paullo recentiore adnotatum sit γρ. τότ' ἐννέπω, quod in omnia fere apographa irrepsit. Quod vero singulariter Λ et Γ in illa lectione conspirant, hac ipsa re illa pro vera non comprobari non potest. — ibid. v. 885 Λ et Γ in textu exhibent κοὐκ ἄλλης, sed in utroque superscriptum, in A a m. recenti, in Γ ab eadem, ἄλλου, quae est apographorum propria lectio. — ibid. v. 1506 Γ et pr. m. codicis Λ θέλοι, apographa θέλει. — Oed. Reg. v. 229 Λ et Γ ἀσφαλής, in codice Λ exstat γρ. ἀβλαβής, quod exhibent fere omnia exemplaria uno excepto Palatino.

Hi sunt ex quattuor illis fabulis gravissimi loci, quamquam multi alii exstant minus memorabiles. Iam vero haec ipsa considerans necessitudinem inter Λ et Γ tantam intercedere, ut illum de Λ exscriptum esse sine ulla dubitatione iudi-

cemus, quis est qui refragetur? Et profecto haec omnia eiusmodi sunt, ut Dindorfium facile ad illam sententiam pronuntiandam adduxisse videantur. Attamen sunt aliae res, quae quidem ab illo, quod minime convenit, plane neglectae videntur, quibus exploratis ac perspectis haec ipsa disquisitio omnibus demum numeris absoluta esse possit. Restat enim multo memorabilior locorum vis, ex quibus non tam similitudo illorum codicum quam diversitas satis magna intellegi potest.

Ac primum quidem nemo est quin in comparandis lectionibus facile sibi persuadeat codicem *Γ* multo gravius corruptum esse quam Laurentianum *Α* et permultis depravatum peccatis, quibus ille plane careat. Et reputanti mihi, unde illorum vitiorum multitudo in *Γ* solo exorta sit, semper illa cogitatio probabilis visa est ea, nisi codex de archetypo quodam litteris maiusculis exarato descriptus esset, non futurum fuisse ut huc inferrentur. Neque aliter Herm. Iustus Lipsius l. l. de illorum, qui huc pertinent, locorum natura iudicavit, nisi quod illum codicem de eodem archetypo quo Laurentianum *Α* descriptum esse statuit. Quod ipsum quale sit, infra considerabimus; nunc, ut etiam de hac re suum cuique consilium promptum ac paratum sit, exempla, quibus Laur. *Γ* a codice *Α* abhorreat, ex quattuor illis fabulis sumpta afferam.

Oed. R. cod. *Γ* v. 121 *εἰ λάβοι μὲν* pro vera lectione codicis A *εἰ λάβοιμεν*. — v. 155 *δ' ἅλιε*] *Δάλιε*. — v. 170 *φροντίδ' ἔγχος*] *φροντίδος ἔγχος*. — v. 177 *ἐκτ' ἂν*] *ἀκτᾶν*, quam lectionem etiam in *Γ* adscriptam videmus *κ. γρ. ἀκτᾶν*. — v. 212 *μονόστολον*, quod etiam Laur. *Α* exhibet a pr. m. Ex continua maiuscularum litterarum scriptione *Μαινάδωνομόστολον* falso profectum est *μονόστολον* pro *ὁμόστολον*. — v. 493 *βὰς ἄνω*] *βασάνῳ*. — v. 525 *τοὔπος*] *τοῦ πρὸς κτἑ*. — vers. 704 *αὐτὸς ἐξειδώς*, natum ex $\overline{\xi}$ i. e. *ξὺν* non *ἐξ*, pro *ξυνειδώς*. — v. 791 *χρεῖ ἦ μοι*] *χρείη με*. — v. 829 *ἀνορθοίη*] *ἂν ὀρθοίη*. — v. 905 *λάθοιτ' ἄν τε σάν*] *λάθοι τάν τε σὰν κτἑ*. — v. 920 *συγκατίγμασιν*] *σὺν κατάγμασιν*, ut Brunckius recte restituit. — v. 929 *ξυνολβίοις*] *ξὺν ὀλβίοις*. — v. 937 *ἀνασχάλοις*] *ἂν ἀσχάλλοις*. — v. 1101 *προσπελασθεῖσα*. sic *Α* et *Γ*, profectum sane ex falso intel-

lecto compendio προς i. e. πατρός. Quare recte a Bergkio in textu restitutum mihi videtur πατρὸς πελασθεῖσ' κτέ. — v. 1120 ὅν σ' ἀρερωτῶ] ὅσ' ἂν σ' ἐρωτῶ. — v. 1267 ἐκεῖθ' ὁ τλήμων] ἐκεῖτο τλήμων. Illud etiam in Laurentiano *A* exstat a pr. m. scriptum, hoc vero ab eadem correctum. — v. 1407 τεχ' ὠπόσα (sic)] τε χὠπόσα. Adscriptum in *Γ* κ. γρ. τε χ' ὡπόσα. — v. 1453 ζῶν τε κύριον] ζῶντι κύριον. — v. 1458 μοῖρα ὅπως εἶ σ' ἴτω] μοῖρ', ὅποιπερ εἶσ', ἴτω. —

Electr. v. 222 *Γ* exhibet οὐ λάθοιμ' οὐργά] *A* οὐ λάθει μ' ὀργά. — v. 257 εἴ τις] ἥσις. — v. 487 αἰσχίσταισιν αἰκίαις] αἰσχίσταις ἐν αἰκίαις. — v. 568 κατασφαγάς] κατὰ σφαγάς. — v. 669 τίς ἀπέστειλε] τίς σ' ἀπέστειλε, quod correctum exstat in Laurentiano *A* a manu diorthotae. — v. 742 ἐξορθῶν δίφρων] ἐξ ὀρθῶν δίφρων. — v. 965 ὥστε τόσον] ὥστε σόν. — v. 987 παῦσον κακῶν] παῦσον ἐκ κακῶν. — v. 1048 ἐγὼ omissum ante λέγω. — v. 1088 φέρειν ἑνὶ pro ἐν ἑνί, quod vitium commune est codicibus *A* et *Γ*. — v. 1287 λάθοιμ' ἂν] λαθοίμαν. — v. 1305 et 1313 ἂν post γὰρ omissum in *Γ*. — v. 1375 περ in ὅσοιπερ excidit ante πρόπυλα ναίουσιν τάδε. — v. 1474 ἄλλος σὲ σκόπει] ἄλλοσε σκόπει. — v. 1478 οὕνεκα τ' αὐδᾷς] οὕνεκ' ἀνταυδᾷς. — v. 1507 in *Γ* excidit ἂν ante ἦν. —

Philoct. v. 16 ὁποῦστιν ἐνταῦθα (sic!)] ὅπουστ' ἐνταῦθα. — v. 47 παρόντας] πάντας. — v. 154 χῶρον ὅντιν'] χῶρον τίν'. — v. 289 λάβοι] βάλοι. — v. 342 ὅπως ἐν ὕβρισαν] ὅτῳ σ' ἐνύβρισαν. — v. 365 κείνων ἄν, errore fortasse factum ex compendio ᾱν i. e. ἀνήρ] κείνων ἀνήρ. — v. 500 καὶ τὸν] καὐτόν. — v. 903 προςήκοντα] προςεικότα. —

Aiac. v. 257 *Γ* exhibet ἀστεροπᾶς pro germana lectione codicis *A* ἄτερ στεροπᾶς. — v. 577 τέθαψά τε] τεθάψεται. — v. 972 οὐκ ἔστιν] οὐκέτ' ἐστίν. — v. 1000 μένων] μὲν ὤν. — v. 1097 ἄγ' εἰπ' ἀρχῆς] ἀγ' εἰπ' ἀπ' ἀρχῆς. Omisit *Γ* ἀπ' post εἰπ' et ante ἀρ —. — v. 1108 τόνδ'] τόνδε δ'. — v. 1147 λαῦρον] λάβρον. — v. 1317 ξάψων] ξυνάψων; ex falso intellecto compendio ξ i. e. ξύν. —

Hae igitur omnes quas enotavi codicis *Γ* discrepantiae eiusmodi sunt, ut neminem fugere possit codicem ipsum plane ex archetypo litteris maiusculis scripto derivatum esse. Consistunt enim non solum in permutatis vel litteris vel syllabis, ut vulgo solent, *Λ* et *Δ* et *Α*, *ΕΙ* et *Η*, *Θ* et *Ο*, *Ι* et *Γ* et *Τ*, aliisque, sed etiam in perperam coniunctis syllabis et verbis, unde non magis nova verba quam omni sententia carentia proficiscantur. Atque huius quidem erroris exempla fere omnia ex quattuor illis codicis *Γ* fabulis supra descripsi, quod ea ipsa plurimum ad Dindorfii sententiam redarguendam valere existimarem: cui nemo iam fidem habere potest, nisi forte putat codicis *Γ* librarium aut tamquam occaecatis oculis descripsisse aut somniantem correxisse.

Quae quum ita sint, nunc Lipsianam illam sententiam, codicem *Γ* ex eodem archetypo, ex quo Laurentianum *Λ* derivatum esse, paucis, si placet, consideremus. Quae quidem, si, quidquid adhuc in hac disputatione commemoratum est, spectamus, recte videtur se habere. Verumtamen exstant multo plures loci, quibus non tam necessitudo aut similitudo, quae inter utrumque intercedat, quam diversitas probari possit. Quorum omnium originem unde putas ducendam esse? An omnes lectiones, quibus Laur. *Γ* ab *Λ* plane differt, sive perversae et corruptae sive emendatae et correctae sint, iam antiquis librariis tribuendas esse putas? At illorum operam non tanti aestimandam esse constat, ut studium eos non solum describendis fabulis sed etiam emendandis et corrigendis navasse putemus, etsi huc illuc ab iis ipsis parvulas quasdam et minutas correctiones illatas esse non negamus. Et aliam explicandi rationem ipse Herm. Iustus Lipsius ingreditur, quum haec fere profert, unde illae variae lectiones exortae sint, non aliter se expedire posse nisi ex ipsius archetypi MS. ratione ac natura; inde enim iam illud nobis concludere licere in archetypo exemplari magnam variarum lectionum adscriptam fuisse multitudinem, quarum in germanis eligendis librarius codicis *Γ* saepius erraverit. Cuius sententiae vim ut accuratius perspicere possimus, qualis sit, variarum lectionum indicem si non ex omnibus at ex una fabula repetitum infra ponamus

necesse est: ita unicuique iudicii illius examinandi facultas data est. Ex una igitur Philoctetae fabula locos, qui huc pertinent, hoc est quibus *Γ* solus librariorum aut errore aut inscitia corruptus est, enotasse satis habeo.

v. 19 *αὐλίου πέμπει Α*] *ἁλίου πέμπει Γ*. — v. 69 *Δαρδάνου*] *δαρδανίου*. — v. 89 *οὐκφύσας ἐμέ*] *οὐκ ἐκφύσας ἐμέ*. — v. 97 *ἔργατιν*] *ἐργάτην*. — v. 97 *ἀργόν*] *ἀργήν*. — v. 144 *νῦν μὲν ἴσως γὰρ τόπον*] *νῦν γὰρ μὲν ἴσως τόπον*. Item v. 192 verba translocatione confusa sunt. — v. 158 *θυραῖον*] *θηραῖον*. — v. 166 *Γ στυγερὸν*] *στυγερῶς ἐπιμόνως* pro *ἐπιπόνως* ex scholiis illatum. — v. 180 *οἴκων*] *εὐγενῶν οἴκων*, quod glossema habetur pro *πρωτογόνων* et ex scholiastae interpretamentis huc illatum est. — v. 199 *ἐξήκοι*] *ἐξίκοιτο*. — v. 255 *ὦ πικρός*] *ὡς πικρός*. — v. 265 *ᾧδ'*] *τῷδ'*. — v. 326 *ἀλκίμων*] *γενναίων* fortasse ex scholiis. — v. 376 *με*] $\overset{ȣ}{\mu\varepsilon}$ i. e. *μου*. — v. 388 *γίγνονται*] *γίγνοιντο*. — v. 423 *κάκ'*] *τάδ'*. — v. 459 *πετραία*] *πατρῴα*. — v. 464 *ἴωμεν*] *ἥκομεν*. — v. 472 *ἐννέοντα*, *αι* superscriptum ab S.] *ἐννέποντα*. — v. 544 *σε*] *γε*. — v. 546 *ὁρμισθείς*] *ὁρμηθείς*. — v. 578 *σκότον ποτὲ*] *σκότον λέγειν* ex insequente versu 580. — v. 585 *ἐγώ μ'*] *ἐγὼ μὲν* pro *ἐγώ εἰμ'*. — v. 619 *ἐφεῖτο*] *ὑφεῖτο*. — v. 653 *Γ ταῦτα* omisit. — v. 659 *ξυμφέρῃ*] *συμφέρον*. — v. 678 *κἀστὸς αὔτ*] *κἀγὼ αὔτ'*. — v. 681 *ἐςιδών*] *εἰςεῖδον*. — v. 705 *ὅθεν*] *ἔνθεν*. — v. 715 *δεκέτει*] *δεκατεῖ*. — v. 729 *ὑπὲρ ὄχθων*] *ὑπὲρ ὄχθας* ex superiore *ὄχθαις*. — v. 753 *τί ἔστιν*] *τί δ' ἔστιν*. — v. 757 *δράσω*] *φράσω*. — v. 893 *ἀντέχου*] *λαμβάνου* ex scholiastae interpretamento: *ἀντιλαμβάνου*. — v. 805 *ὤν, τέκνον*] *ὦ τέκνον*. — v. 827 *ἀλγέων*] *ἀχέων*. — ibid. *εὐαές*] *εὐμενής*. — v. 903 *προςεικότα*] *προςήκοντα*. — v. 905 *φώνεις*] *φρονεῖς*. — v. 906 *πάλιν*, *αι* a m. pr.] *πολλά*. — v. 923 *προδέδομαι*] *προδόομαι*. — v. 940 *ὁ παῖς μ'*] *μ' ὁ παῖς*. — v. 1028 *κἀπάτῃ* pro *ἀνάγκῃ* ex scholiastae interpretamento verbi antecedentis *κλοπῇ*. — v. 1209 *νόος*] *νόσος*. — v. 1386 *ἐκδοῦναι*] *προδοῦναι*. — v. 1435 *πεδίον*] *πέδον*. — v. 1471 *σωτῆρας*] *σωτηρίας*. —

Atque ut Philoctetae fabulam multifariam esse corruptam ac mutatam ex iis quae modo attuli facile intellegitur, sic etiam tres reliquae fabulae quas Γ comprehendit permultis neque parvi aestimandis discrepantiis refertae sunt. Quae quantumvis in codice Λ non inveniantur, tamen — ita enim H. I. Lipsius argumentatur — omnes ex eiusdem archetypo in illum librum MS. redundarunt, proinde quasi ex innumerabilibus tragicorum poetarum exemplaribus, quae iam antiquitus per omnia oppida, quae quidem humanitate exculta erant, divulgata esse constat, unum modo integrum atque ad illius aetatis memoriam, qua codicem Λ et Γ descriptum esse scimus, propagatum sit. Quod idem mihi non magis acute iudicatum videtur quam si quis statuat totam condicionem, in qua fabulae trium scenicae Musae principum nobis traditae sint, ad publicum illud et Lycurgo auctore compositum exemplar referendam esse, quamvis in hoc uno tamquam fundamento non omnia, quaecunque nobis tradita sunt, niti posse appareat. Quod postquam iam prius a I. Richtero in dissertatione de Aeschyli, Sophoclis, Euripidis interpretibus Graecis probatum est, nuperrime demum quam maxime refutatum atque pro falso evictum est ab Ottone Kornio, qui in dissertatione „de publico Aeschyli Sophoclis Euripidis fabularum exemplari Lycurgo auctore confecto“ Bonnae 1863 auctoritatem ipsam illius exemplaris antiqui haud iniuria prorsus debilitavit atque fregit. Neque aliter in hac quaestione in qua nos versamur facere possumus, quin praeter primarium illum codicem etiam nonnulla alia archetypa nunc quidem deperdita exstitisse statuamus. — Quae sententia extra omnem dubitationem posita esse videbitur, si ad illas res, quibus Laurentianum Γ ab Λ differre iam supra demonstravimus, aliud quid non minoris momenti cognoverimus. Non pauci enim inveniuntur loci, quibus Laurentiani Λ lectiones aut aperte corruptae emendantur aut sine dubio perverse commutatae corriguntur et in ordinem restituuntur unius codicis Γ auctoritate. Neque eorum vis ac dignitas nonnullis aliis locis ab illorum natura ita discrepantibus, ut contrarium probabile reddere videantur, quibus lectiones verae codicis Λ cum uno Γ consentiunt, nullo modo opi-

nor infringi aut debilitari potest, quoniam quidem quo magis in codicum antiquitatem recedimus, eo minus alios ab aliis abhorrere non mirum videtur. Itaque ut codicis *Γ* diversam originem quam maxime possumus probemus, nunc proponam eas illius lectiones, in quibus propria poetae vox aut oratio magis servata mihi esse videtur quam in Laurentiano *A*. Ac primum quidem ex quattuor illis fabulis, quarum quaeque ut uberrima exempla praebuit, ita prior nominanda visa est, illos locos perlustrabo, quibus codicis *Γ* auctoritatem Laurentiano *A* praeferendam esse iam antea alii viderunt, tum quibus codicis *Γ* lectionem non vulgo probatam aut agnitam sine dubio vindicandam esse existimaverim, denique quibus de utraque lectione incertum iudicium atque ambiguum videtur.

A. Philoctet:

I. v. 23 *A* *χῶρον πρὸς αὐτὸν τόνδ᾽ ἤτ᾽ ἄλλῃ*. *Γ* *τόνδ᾽ εἴτ᾽ ἄλλῃ*, quod quidem rectius se habet, praeterquam quod ante coniunctionem *εἴτ᾽* intercidisse *ἔτ᾽* adverbium iam Elmsleius coniecit. Cuius vitii exempla iam supra similia enarravi.

v. 29 *τόδ᾽ ἐξύπερθε καὶ στίβου γ᾽* (sic Triclinius pro *τ᾽*) *οὐδεὶς κτύπος* exhibent et Laurentianus *A* et pleraque apographa. In *Γ* autem pro *κτύπος* exstat *τύπος*, unde hoc etiam in nonnulla alia exempla translatum est. *Τύπος* vero restituendum esse haud quemquam fugiat, neque quidquam dubito, quin Theod. Bergkii coniecturam: *καὶ στίβου᾽ στ᾽ οὔδει τύπος* toto animo amplectar, quum nulla sententia esse mihi videatur illud *στίβου κτύπος* i. e. viae strepitus. Nam quod a Dindorfio *στίβος* hoc loco in sententiam incessus vel incedendi accipitur, perperam ad id probandum ab illo exemplum v. 206 eiusdem fabulae commemorari infra videbimus.

v. 139 *τέχνα γὰρ τέχνας ἑτέρας προὔχει — καὶ γνώμα παρ᾽ ὅτῳ τὸ θεῖον — Διὸς σκῆπτρον ἀνάσσεται.* Cod. *A* exhibet *γνώμας* pro *γνώμα*, quum praeter alia exempla etiam *Γ* legat: *γνώμα γνώμας παρ᾽ κτἑ.* illato glossemate *γνώμας*. Unde germana lectio *γνώμα παρ᾽ ὅτῳ κτἑ.* facile restituta est.

v. 200 *χρόνος, ᾧ λέγεται — χρῆναί σφ᾽ ὑπὸ τῶνδε δαμῆναι.* In codice *A* scriptum exstat a manu prima *χρὴν*, a secunda *χρῆν*; recte cod. *Γ* *χρῆναι.*

v. 308 *λόγοις — ἐλεοῦσι μέν, καί πού τι καὶ βορᾶς μέρος προςέδοσαν οἰκτείραντες.* In codice *Δ* recta lectio *καί που*, quam *Γ* servavit, in *κἄπου* depravata est.

v. 441 *ποίου δὲ τούτου πλήν γ' Ὀδυσσέως ἐρεῖς; Δὲ* iam olim a Florente Christiano pro vulgata lectione codicis *Δ τὲ* restitutum in uno codice *Γ* in textu servatum invenimus.

v. 689 *πῶς ποτ' ἀμφιπλήκτων ῥοθίων μόνος κλύων, — πῶς ἄρα πανδάκρυτον οὕτω βιοτὰν κατέσχεν.* Omnes codices duobus modo exceptis, quorum alter codex *Γ*, exhibent perversam illam lectionem *κλύζων.* In *Γ* codice etiam *κ. γρ. κλύζων* adnotatur, quemadmodum saepius in illo varias lectiones adscriptas reperimus. Unde colligas in archetypo quoque codicis *Γ* varias lectiones adscriptas fuisse et librarium in iis eligendis suo arbitratu versatum esse. Qua ex re non efficitur codicis *Γ* librarium in consilio suo textum constituendi codicis *Δ* rationem tamquam normam secutum esse: nam saepius aliud in textu codicis *Γ* servatum quam in *Δ* extat, aliud etiam in adnotatione adscriptum videmus. Cfr. in *Γ* Phil. v. 106 ad *θρασὺ* adnotatur *γρ. βραχὺ*, quod non mirum ex versu superiore 83 huc illatum esse. v. 308 ad *καί που γρ. ἤ που.* v. 639 ad *πρῴρας γρ. πρύμνας*, quod ex coniectura ad verbum in codice servatum *ἄῃ* accommodatum esse videtur, nisi potius germanam lectionem *ἀνῇ* in *ἄῃ* depravatum esse statuere malis. v. 652 ad *εἴ μοι γρ. οἴμοί.* v. 849 ad *δύναιο γρ. δύναμαι* pro integra lectione codicis *Δ δύνᾳ.* v. 491 ad *εὔροον γρ. εὔζονος*, quod quum ne adiectivum quidem graecum sit, manifeste huc errore illatum aut falso descriptum est. v. 1052 ad verbum *χρῄζων* adscribitur *γρ. κρείσσων*, quam variam lectionem ex veteris librarii coniectura profectam esse quis est quem fugiat? Aiac. v. 186 ad verbum *ἥκοι κ. γρ. ἔοικε*, quod omnis rationis expers est. v. 645 *Δ* et *Γ* in textu praebent lectionem *αἰών; Γ κ. γρ. ἐών*, quod nihil est; ex duabus scripturis spuriis veram eruendam esse hanc *Δίων* probavit Bergkius. v. 683 *Δ* et *Γ* in textu *ἑταιρείας*, in *Γ κ. γρ. ἑταιρέας*, quod sine dubio falso pro *ἑταιρίας* scriptum. v. 794 ad *καὶ μὴν* in *Γ* varia lectio adnotata est *καὶ νῦν*, quae minus huc quadrare videtur. v. 1124

ad *τρέφει* in *Γ* *κ. γρ. ἔχει*, quam lectionem fortasse iam antiquitus hoc loco adscriptam fuisse probabile est. v. 1225 ad verbum *ἐκλύσον* in *Γ* vel eadem vel altera manus, quum *ἐκλύσων* scribere vellet, per errorem posuit: *κ. γρ. ἑλκύσων*, qui est manifestus calami lapsus librarii. v. 1359 ad *πικροὶ* *Γ* *κ. γρ. ἐχθροί*, quam lectionem fortasse ex scholiastae interpretamento huc librarius quis intulit. Sed haec exempla sufficiant: redeo ad institutum meum.

v. 772 *μηδέ τῳ τέχνῃ — κείνοις μεθεῖναι ταῦτα, μὴ σαυτόν Θ' ἅμα — κἄμ' κτἑ.* Sic recte praebet codex *Γ* quum in *Α* perturbata sit lectio *μεθεῖνε* pro *μεθεῖναι* et *ταῦτα* prorsus omissum.

v. 1120 *στυγερὰν ἔχε — δύσποτμον ἀρὰν ἐπ' ἄλλοις.* Sic codex *Γ*; in Laurentiano *Α* falso *ἀρὰν* bis positum.

v. 1192 *τί ῥέξοντες ἀλλοκότῳ — γνώμᾳ τῶν πάρος, ὧν προὔφαινες;* sic codex *Γ*, in *Α* corruptum est verbum *προὔφαινες* in *προὔφανες*, itemque in plerisque apographis uno praeter codicem *Γ* excepto.

v. 1391 *ἀλλ' ἐκβαλόντες εἰ πάλιν σώσουσ' ὅρα.* Sic codax *Γ* exhibet, in Laurentiano *Α* autem a prima manu scriptum exstat *σώουσ'*, quae forma ab Homeri consuetudine a poeta translata videtur. Ita legimus Od. *ι*, 430 *σώοντες* et Il. *θ*, 363 *σώεσκον*, quae videlicet derivata sunt a vetere verbo *σωάω*, *σώω*. Praeter ceteros autem tragicos Sophoclem studiosissimum Homeri fuisse iam veteres ipsi dicunt; cf. Lechnerum in progr. de Sophocle *Ὁμηρικωτάτῳ*. Erlang. 1859 et Sengebuschium in Hom. dissert. prior. pag. 171 sqq. Quod si quis reputat, fieri sane potest, ut etiam hoc loco Sophocleo Homericam illam formam *σώουσι* restituendam esse censeat. Quamquam res eiusmodi est, ut, quum alia testimonia idem probantia desint, ad liquidum adduci vix queat. *)

---

*) Atque ut alterum eiusmodi exemplum afferam, versus fabulae Aiacis 839—842:

καί σφας κακοὺς κάκιστα καὶ πανωλέθρους
ξυναρπάσειαν, ὥσπερ εἰςορῶς' ἐμέ
αὐτοσφαγῆ πίπτοντα, τὼς αὐτοσφαγεῖς
πρὸς τῶν φιλίστων ἐκγόνων ὀλοίατο.

II. v. 11 *ἀγρίαις — κατεῖχ' ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον δυςφημίαις — βῶον, στενάζων.* Loco ‚*στετάζων*' in Γ scriptum est *ἠΰζον* (sic), in qua veram lectionem *ἰΰζων* latere Dindorfius ad h. l. recte animadvertit. Similiter verba *βοᾶν* et *ἰΰζειν* coniuncta invenimus Trachin. v. 787: *ἐσπᾶτο γὰρ πέδονδε καὶ μετάρσεως βοῶν, ἰΰζων.* Quum autem *ἰΰζειν* multo elegantius quam vulgare *στενάζειν* dictum esse videatur, hoc pro illo in textum irrepsisse facile sibi unusquisque persuadet. Nam haec ratio in variis lectionibus discernendis maxime valeat necesse est.

v. 205 *βάλλει βάλλει μ' ἐτύμα — φθογγά του στίβου κατ' ἀνάγκαν — ἕρποντος κτἑ.* Pro *στίβου* Γ praebet *στίβον.* Et rectius quidem *στίβον* ab *ἕρποντος* suspensum facimus quam *στίβου* ab *ἀνάγκα*, id quod Dindorfius existimat. Saepius enim *κατὰ* cum Accusativo adverbii loco tam apud poetas quam apud solutae orationis scriptores usurpatur, ut

---

varia suspicione oppressi a Bergkio Dindorfio aliis poetae abrogati sunt non solum ob sententiam ipsam sed etiam propter dubitationes contra formas nonnullorum verborum allatas. Mihi quidem, si illa verba ad solum Agamemnonem referuntur — poeta autem haud inepte Aiacem ira et odio commotum utrique Atridarum eandem calamitatem imprecantem facit, quae deinde in uno Agamemnone rata facta est — sententia versuum vel maxime apta videtur; qui si deleti essent, totius loci vis, ut ita dicam, fracta esset. Itaque, ut versum retineam, locum coniectura restituere atque pro *ἐκγόνων* scribere *ἐκ δόμων* malim. At obstant dubitationes de adverbio *τώς* et de superlativo *φίλιστος*, in tota Graecitate modo hic invento, motae. De adverbio quidem satis est Lobeckii viri locupletissimi iudicium commemorare *τώς* apud tragicos legi plus semel. Apud Aeschylum enim reperitur tribus locis, Sept. v. 466. Suppl. v. 66 et 673. Ad alterum autem infrigendum eadem illa ratio quam supra declaravi permultum valere videtur. Superlativus *φίλιστος*, quem quidem omnes codd. et Eustathius pag. 1867, 40 et Suidas s. v. *αὐτοσφαγῆ* et *τώς* agnoscunt, ut ab *ἄλγος ἀλγίων*, *ἄλγιστος* et ab *κάλλος καλλίων*, *κάλλιστος* derivatum est, ita ipse fortasse ab subtantivo, quod antiquitus exstiterit, *τὸ φίλος* oriri potuit. Apud Homerum quidem quum comparativus *φιλίων* legatur Od. *τ*, 531. *ω*, 268, in hac re profecto Sophocles, utpote quem *Ὁμηρικώτατον* esse constet, illius exemplum imitari atque adeo ulterius persequi potuit. Hinc satis defendi posse novum atque inusitatum superlativum *φίλιστος* intellegitur. Atque eodem referendus videtur superlativus *τολμίστατος*, quem notavi supra ad Phil. v. 984.

apud Homerum exstat sexcenties *κατὰ μοῖραν*, alibi *κατὰ κράτος* i. e. vehementer, *κατὰ μέρος* i. e. vicissim, *κατὰ τὸ ἰσχυρὸν* i. e. per vim aut valde. Ita apud Atticos satis tritum est etiam illud *κατ' ἀνάγκην* aut *πρὸς ἀνάγκην* aut *ἀνάγκῃ*, quae omnia significant ‚aegre moleste.'

v. 414 codex *Γ* solus versum exhibet integrum: *ἀλλ' ἦ χοὖτος οἴχεται θανών.* In Laurentiano *Α* enim omissum est *ἀλλ'.*

v. 736 *τί τοὺς θεοὺς ἀναστενῶν καλεῖς;* pro *καλεῖς Γ* exhibet *βοᾷς*, quod multo magis mihi placet quam illud omnis vigoris expers *καλεῖς*, quodque hoc loco in textu restituendum esse existimo, praesertim quum et *βοᾶν τινὰ* i. e. auxilio aliquem invocare in hunc locum maxime quadret et verbum ipsum minime aut interpolationem aut interpretamentum redolere videatur. Atque etiam in hac re poeta Homeri exemplum imitatus esse censendus est, apud quem nonnunquam invenitur *ἐπιβοᾶσθαι τοὺς θεούς*. cf. Od. 1, 378. 2, 143. Il. 10, 463.

v. 1007 *φρονῶν, — οἷ' αὖ μ' ὑπῆλθες, ὅς μ' ἐθηράσω, λαβὼν — πρόβλημα σαυτοῦ παῖδα τόνδ' ἀγνῶτ' ἐμοί κτἑ.* In Laurentiano *Α* exstat *ὥς μ' ἐθηράσω*, in *Γ* super *ὥς ὁ* i. e. *ὅς* scriptum est, quod iam a Wakefieldo recte inventum in textum fere omnes editores receperunt.

III. v. 482 *ἐμβαλοῦ με — εἰς ἀντλίαν, ἐς πρῷραν, ἐς πρύμνην, ὅποι — ἥκιστα μέλλω τοὺς ξυνόντας ἀλγυνεῖν.* Pro *ὅποι* exhibet *Γ ὅπου*; quorum utrum praeferendum sit, hoc loco haud facile diiudicetur. Sed quoniam, ubicumque lectionum auctoritas in utroque codice fluctuat, semper Laurentianum *Α* praeferamus oportet, etiam hoc loco multo aptius per attractionem *ὅποι* (pro *ἐκεῖσεν ὅπου*) dictum esse videtur quam *ὅπου.*

v. 560 *τί μοι — νεώτερον βούλευμ' ἀπ' Ἀργείων ἔχεις;* Pro *ἔχεις* unus modo codex *Γ φέρεις* exhibet. Quamvis igitur etiam hoc loco ambigatur, utrum anteponendum sit, tamen equidem Laurentianae *Α* lectioni plus tribuerim.

v. 1398 *ἃ δ' ᾔνεσάς μοι δεξιᾶς ἐμῆς θιγών — πέμπειν πρὸς οἴκους.* Hoc loco quin codicis *Γ* lectio *πέμψειν*,

quippe .quae ex inutili coniectura orta videatur, multo minorem auctoritatem habeat, nemo est qui dubitet. —

B. Oed. Rex.

I. v. 127 οὐδεὶς ἀρωγὸς ἐν κακοῖς ἐγίγνετο. Codex *A* praebet ἐγείνετο, *Γ* ἐγίνετο i. e. ἐγίγνετο. Haec enim est perpetua fere scriptura verbi „γίνομαι" in codd.

v. 332 ἐγὼ οὔτ' ἐμαυτὸν οὔτε σ' ἀλγυνῶ. Pleraque apographa, ut est in codice *A*, praebent ἐγώ σ', quod inde repetendum est, quod veteres librarii in eiusmodi crasibus alterutram vocalem elidere solent. Unde factum est, ut codex *Γ* utramque lectionem praebeat et ἐγώ τ' et ἐγ' οὔτ'.

v. 425 ἄλλων δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνει κακῶν, — ἅ σ' ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις· *A* praebet pro σοῖς· σοῖ a manu prima, *Γ* recte σοῖς.

v. 445 κομιζέτω δῆθ'· ὡς παρὼν σύ γ' ἐμποδὼν — ὀχλεῖς κτἑ. In textu codicis A ante γ' duae litterae evanuerunt et a paullo recentiore manu adscriptum γρ. σύγ', quod etiam codex *Γ* in textu praebet. Qui quum conspirent, aliorum codicum lectio discrepans τά γ' nihil sane affert, cur diutius hunc versum in suspicionem vocemus.

v. 478 φοιτᾷ γὰρ ὑπ' ἀγρίαν — ὕλαν ἀνά τ' ἄντρα καὶ — πετραῖος ὁ ταῦρος. Sic exhibet codex *A* hunc locum, de quo non parva dissensio exorta est. Maxime vero offendere articulum ὁ recte animadvertit Bonitzius in Annal. Austr. a. 1856 pag. 649, ut unusquisque libentissime amplectatur Dorvillii coniecturam ἅτε (v. ad Charit. pag. 435.). Quam si receperimus emendationem, a metro abhorrere intellegemus lectionem πετραῖος, pro qua non perperam codicis *Γ* scripturam πέτραις in textu restituerimus.

v. 635 τί τὴν ἄβουλον, ὦ ταλαίπωροι, στάσιν — γλώσσης ἐπήρασθ' οὐδ' κτἑ. In *A* antiqua manus mutavit ἐπήρασθ' in ἐπήρατ'; germana vero lectio ἐπηράσθ' codicis *Γ* auctoritate stabilitur.

v. 789 ἄλλα δ' ἄθλια — καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προὐφάνη λέγων κτἑ. Sic codex *Γ*, falso legitur in Laurentiano *A* pro δ' ἄθλια — θ' ἀθλίω, duabus super ω litteris erasis. —

v. 944 *εἰ μὴ λέγω τἀληθές, ἀξιῶ θανεῖν.* Haec sincera est scriptura codicis *Γ*, quum codicis Laur. *A* lectio hoc loco vehementer perturbata sit; scribitur enim: *εἰ δὲ μὴ λέγω γ' ἐγώ*, verbis *εἰ δὲ μὴ* praecedenti versui additis.

v. 1030 *σοῦ δ', ὦ τέκνον, σωτήρ γε τῷ τότ' ἐν χρόνῳ.* *Δ'* a Dindorfio haud iniuria pro *γ'*, quod Laur. *A* praebet, ex *Γ* in textum receptum videtur.

v. 1330 *ὁ κακὰ τελῶν ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα.* In Laurent. *A κακὰ* secundo et *ἐμὰ* primo loco positum omissa et tum ab una ex antiquioribus manibus addita sunt; probatur autem haec lectio codicis *Γ* integra scriptura.

v. 1373 *ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδ' ὄμμασιν ποίοις βλέπων — πατέρα ποτ' ἂν προςεῖδον εἰς Ἅιδου μολὼν, — οὐδ' αὖ τάλαιναν μητέρ', οἷν ἐμοὶ δυοῖν — ἔργ' ἐστὶ κτέ.* In Laur. *A* exstat *οἷν* in litura pro *οὖν* ut videtur; *Γ* praebet incorruptam lectionem *οἷν.*

v. 1492 *ἀλλ' ἡνίκ' ἂν δὴ πρὸς γάμων ἥκητ' ἀκμάς — τίς οὗτος ἔσται κτέ.* In Laur. *A* pro *δὴ* scriptum est a prima manu *δεῖ*, *ει* ut solet et *η* permixtis, tum correctum a manu recentiore *δ' ἡ*; codex *Γ* recte praebet *δή*. —

II. v. 200 *τόν, ὦ τᾶν πυρφόρων — ἀστραπᾶν κράτη νέμων, ὦ Ζεῦ πάτερ, ὑπὸ σῷ φθίσον κεραυνῷ.* Quod Hermannus metri supplendi causa addidit *τᾶν*, id exhibet codex *Γ* modo perverso ordine: *τᾶν ὦ πυρφόρων* pro *ὦ τᾶν πυρφόρων.*

v. 463 *τίς ὅντιν' ἁ θεσπιέπεια Δελφὶς εἶπε πέτρα κτέ.* In Laur. *A* corrupta lectio est *ἠδεπέραι*; in *Γ εἶδε πέτρα*, sed ab eadem manu correctum *εἶδε* in *εἶπε.*

v. 598 *τὸ γὰρ τυχεῖν αὐτοῖς ἅπαν ἐνταῦθ' ἔνι.* — Pro *αὐτοῖς ἅπαν* in Laur. *A* legitur *αὐτοὺς ἅπαν*, quod in apographis partim in *αὐτοῖς ἅπαν*, partim in *αὐτοῖς ἁπάντ'* correctum est. Sed multo praestat scriptura codicis *Γ αὐτοῖσι πᾶν*, praesertim quum, si hoc legimus, metri ratio emendetur neque versus in duas aequales partes dividatur, quam rem quam maxime evitasse poetas constat.

v. 657 *τὸν ἐναγῆ φίλον μήποτ' ἐν αἰτίᾳ — σὺν ἀφανεῖ λόγῳ σ' ἄτιμον βαλεῖν.* Ita versus a Dindorfio est restitutus Hermanni coniectura recepta. In Laur. *A* in textu scri-

ptum exstat λόγον, quod ab eadem antiqua manu litteris γῳ superscriptis in λόγῳ correctum esse Dindorfius aliique censuerunt. Quod si ita esset, certe de Hermanni coniectura σ' post λόγῳ opus esset. Equidem, ut illam correctionem non λόγῳ sed λόγων significare statuam, codicis Γ scriptura λόγων adducor. Itaque Bergkii sententiam secutus etiam medelam huic loco adhibendam et cum eodem viro docto versum sic scribendum puto: μηδέποτ' αἰτίᾳ — σὺν ἀφανεῖ λόγων ἄτιμον βαλεῖν, etsi alteram eiusdem correctionem ἀναγῆ i. e. καθαρόν (cf. Hesych. s. ἀναγής) minus libenter amplector. Atque ut ita statuamus, scholiastarum interpretationibus vehementer nobis persuadetur: τὸν μηδέποτε ὑπὸ φίλων ἐν ἀφανεῖ αἰτίᾳ γενόμενον, ἀλλὰ καθαρὸν ὄντα δεόμεθα μὴ λόγων ἄτιμον ἐκβαλεῖν· ἢ (Suidas εἴτε, Bernhardyus εἰ δὲ) ἐναγῆ τὸν ἐνεχόμενον μίσει οὕτω· δεόμεθα τὸν μηδέποτε ἐναγῆ γενόμενον εἰς φίλους μὴ ἐν ἀφανεῖ αἰτίᾳ ἄτιμον ποιήσῃς τῶν λόγων. Unde apparet ἄτιμον λόγων poetam nominare hominem non dignum, qui verbis se a criminibus defendat. Deinde ab utroque interprete μηδέποτε non solum ad ἄτιμον βαλεῖν, sed etiam ad ἐναγῆ relatum esse videmus et ab utroque non φίλον sed φίλων fortasse in textu lectum esse cognoscimus. Quibus causis permotus equidem sic potius versus restituam:

τὸν ἐναγῆ φίλων μηδέποτ' αἰτίᾳ
σὺν ἀφανεῖ λόγων ἄτιμον βαλεῖν.

Non est autem cur G. Wolffii sententiam secuti (de scholl. Laurentt. pg. 86) pro μηδέποτ' coniiciamus μήποτ' ἔτ', neque cur auctoritati scholiorum tantum tribuamus, ut σὺν mutemus in ἐν. Nam, quum quantum possunt verba textus variare interpretum sit, saepius fallaris, si permutata verba pro ipsis auctoris verbis habeas.

v. 742 μέγας, χνοάζον ἄρτι λευκανθεὶς κάρα κτέ. Sic ex uno Flor. Γ a Dindorfio aliis receptum est in textum pro λευκανθές, quod Laur. A praebet. Et recte quidem; quamquam enim haud facile disceptari potest, utrum hoc χνοάζων ἄρτι λευκανθεὶς κάρα an illud χνοάζον ἄρτι λευκανθεὶς κάρα magis proprie dictum sit, tamen, ut illud probemus, verborum ordine

ipso adduci videmur, quum poetarum consuetudine verba re et sententia cohaerentia magis metro separentur quam coniungantur.

III. v. 221 *οὐ γὰρ ἂν μακράν — ἴχνευον αὐτό, μὴ οὐκ ἔχω τι σύμβολον.* Pro *αὐτὸ* legitur in Florent. *Γ* *αὐτός*, quod profecto eiusmodi est ut facile praeferendum videatur.

v. 439 *ὡς πάντ᾽ ἄγαν αἰνικτὰ κἀσαφῆ λέγεις.* Sic Laurent. *Α*; sed Flor. *Γ* pro *κἀσαφῆ* praebet *κοὐ σαφῆ*, quorum utrum utri anteponendum sit vehementer ambigitur.

v. 1020 *ἀλλ᾽ οὔ σ᾽ ἐγείνατ᾽ οὔτ᾽ ἐκεῖνος οὔτ ἐγώ.* Pro lectione *ἐγείνατ᾽* codex *Γ* in textu praebet *ἐφύσατ᾽*, quae fortasse propria poetae vox erat.

v. 1138 *χειμῶνα δ᾽ ἤδη τἀμά τ᾽ εἰς ἔπαυλ᾽ ἐγώ — ἤλαυνον οὗτος τ᾽ ἐς τὰ Λαΐου σταθμά.* Codex *Γ* exhibet *χειμῶνος γρ. χειμῶνι.* Unde iam antiquitus de hoc loco disceptatum fuisse in aperto est; utrum autem huic *χειμῶνα*, an illi *χειμῶνι* plus tribuendum sit, vehementer dubium, quum etiam ille accusativi usus (*χειμῶνα*, per hiemem) nihil offensionis habeat.

C. Electra.

I. v. 75 *καιρὸς γάρ, ὅσπερ ἀνδράσι — μέγιστος ἔργου παντός ἐστ᾽ ἐπιστάτης.* Sic Laurent. *Α*; rectius cod. *Γ* *ἀνδράσιν.*

v. 295 *τηνικαῦτα δ᾽ ἐμμανὴς — βοᾷ παραστᾶσ᾽, οὐ σύ μοι τῶνδ᾽ αἰτία.* Pro *αἰτία* perverse Laur. *Α* praebet *αἰτίαι*; in *Γ* nihil corrupti legitur nisi *γ᾽* pro *δ᾽*, *τῶν γ᾽* pro *τῶν δ᾽*, quod quidem vitium frequentissimum est.

v. 337 *ταῦτα δ᾽ ἄλλα καὶ σὲ βούλομαι ποιεῖν.* Loco *ποιεῖν* exstat in Laur. *Α* *πνεῖν*, quod corruptum videtur ex *ποεῖν*, usitata illa forma pro *ποιεῖν*. Etiam Flor. *Γ* exhibet *ποεῖν*. Cf. Phil. v. 1010.

v. 421 *ἔκ τε τοῦδ᾽ ἄνω — βλαστεῖν βρύοντα θαλλόν, ᾧ κατάσκιον — πᾶσαν γενέσθαι τὴν Μυκηναίων χθόνα.* Rectius fortasse pro *τὲ* ex Flor. *Γ* restituitur *δὲ* particula, qua aptius oratio ad novam quandam rem et qua animi audientium vel maxime permoveantur, progreditur. Quod vero in Laur. *Α* pro *ᾧ* legitur *τῷ*, hoc nulla dubitatione ab omnibus repudiatum et in *ᾧ* correctum est, quod praeter codicem *Γ* etiam pleraque praebent apographa.

v. 491 ἥξει καὶ πολύπους καὶ πολύχειρ — χαλκόπους Ἐρινύς. Laur. *A* pravo accentu Ἐρινῦς.

v. 514 οὔ τί πω — ἔλιπεν ἐκ τοῦδ' οἴκου — πολύπονος αἰκία. ἔλιπεν ex Flor. *Γ* paucisque apographis restitutum est pro vulgata codicis *A* lectione ἔλειπεν.

v. 516 ἀνειμένη μέν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφει. Pro στρέφει exstat perversa lectio in *A* τρέφηι i. e. τρέφει; στρέφει, nisi quod στρέφηι, codex *Γ* et pleraque apographa.

v. 518 οὐ γὰρ πάρεστ' Αἴγισθος, ὅς σ' ἐπεῖχ' ἀεὶ — μή τοι θυραίαν γ' οὖσαν αἰσχύνειν φίλους. Fortasse rectius codicis *Γ* auctoritatem secuti particulam γ' post θυραίαν omiserimus.

v. 918 νῦν δ' ἦν τὰ πρόσθεν στυγνὸς κτέ. Particulam δ' in Laur. *A* falso omissam in *Γ* invenimus, unde recte in textu restituta est.

v. 922 οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει; Laur. *A* a prima manu praebet φόρηι, sed ε super ο scriptum est a manu recenti i. e. φέρει, quae lectio codicis *Γ* et nonnullorum apographorum auctoritate stabilitur. ει et ηι saepissime in codd. confunduntur cfr. Phil. vv. 117. 481. 621. 636. 731. 740. 741. 786 et sexcentos alios locos.

v. 956 ὅπως τὸν αὐτόχειρα πατρῴου φόνου — ξὺν τῇδ' ἀδελφῇ μὴ κατοκνήσεις κτανεῖν κτέ. Pro κατοκνήσεις praebet Laur. *A* κατοκνήσῃς, *Γ* κατοκνήσῃς, quod facilius ad rectam formam κατοκνήσεις revocari potest.

v. 1222 τήνδε προςβλέψασά μου — σφραγῖδα πατρὸς ἔκμαθ' εἰ σαφῆ λέγω. In Laur. *A* προςβλέψασα detortum est in προςβλέψουσα.

II. v. 57 ὅπως λόγῳ κλέπτοντες ἡδεῖαν φάτιν — φέρωμεν αὐτοῖς κτέ. — Ex uno *Γ* sincera lectio φέρωμεν restituta est pro ceterorum codd. falsa φέροιμεν.

v. 859 πάρεισιν ἐλπίδων ἔτι κοινοτόκων εὐπατρίδων τ' ἀρωγαί. Omnium codd. secundum Laurentianum *A* falsa lectio ἀρωγοὶ correcta unius *Γ* scriptura ἀρωγαὶ etiam scholiastae adnotatione confirmatur: ὅπου γε οὐ πάρεισιν αἱ τῶν ἐλπίδων ἀρωγαί, αἱ ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν.

v. 1471 *οὐκ ἐμὸν τόδ', ἀλλὰ σόν, — τὸ ταῦθ' ὁρᾶν τε καὶ προςηγορεῖν φίλως.* *Φίλως* quamquam a prima manu in Laur. *A* scriptum erat, tamen ab alia radendo in *φίλος* mutatum est; codicis *Γ* vero scriptura fluctuat inter *φίλον* et *φίλως*, quod posterius illi *φίλον* anteponendum est.

III. v. 593 *αἰσχρῶς δ' ἐάν περ καὶ λέγῃς κτἑ.* Recte in cod. *Γ* omissum videtur *δ'*, quod quum Electra ad ea, quae poeta Clytaemnestram dicentem facit, respondeat, supervacaneum et plane inutile esse persuasum habeo.

v. 1029 *ἀλλ' οὔ ποτ' ἐξ' ἐμοῦ γε μὴ πάθῃς τόδε.* In codice *A* a prima manu et in *Γ* pro lectione *πάθῃς* scriptum exstat *μάθῃς*; recens manus in *A* mutavit *μ* in *π*. Quare mihi vehementer dubium videtur, utra pro veriore lectione habenda sit, quum fortasse iam antiqui libri MSS. in hac re fluctuaverint.

D. Aiax.

I. v. 469 *ἀλλ' ὧδέ γ' Ἀτρείδας ἂν εὐφράναιμί που.* Falsa scriptura codicis *A* *εὐφραίναιμι* facile emendari potest ex cod. *Γ*, qui exhibet *εὐφράνοιμι* sed *αι* superscripto i. e. *εὐφράναιμι.*

v. 493 *εὐνῆς τε τῆς σῆς, ᾗ συνηλλάχθης ἐμοὶ κτἑ.* Sic recte *Γ* pro falsa lectione codicis *A* *συναλλάχθῃ* vel, ut alii legunt, *συναλλάχθῃς*.

v. 597 *ὦ κλεινὰ Σαλαμίς, σὺ μέν που — κλαίεις ἁλίπλακτος εὐδαίμων κτἑ.* *ἁλίπλακτος* ex Flor. *Γ* nonnullisque aliis correctum est pro codicis *A* lectione *ἁλίπλαγκτος*.

v. 601 *ἐγὼ δ' ὁ τλάμων — Ἰδᾶδι μίμνων χειμῶνι πόᾳ τε μηνῶν — εὐνῶμαι κτἑ.* Sic a Bergkio hic coniecturis varie tentatus locus quam maxime probabiliter restitutus est, ad quem ita retinendum non minimum mihi afferre videtur lectio in cod. *Γ* servata *πόᾳ* pro *ποίαι*, quod fere ceteri codices secundum Laurentianum *A* praebent.

v. 621 *τὰ πρὶν δ' ἔργα — ἄφιλα παρ' ἀφίλοις — ἔπεσ' ἔπεσε μελέοις Ἀτρείδαις.* Sic recte Flor. *Γ* pro lectione Laur. *A* *ἔπεσεν*.

v. 667 — *μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν.* Sic Flor. *Γ*; male scriptum est in Laur. *A* *Ἀτρείδα*.

v. 742 τὸν ἄνδρ' ἀπηύδα Τεῦκρος ἔνδοθεν στέγης -- μὴ 'ξω παρήκειν, πρὶν παρὼν αὐτὸς τύχῃ. Pro τύχῃ fortasse rectius codex Γ τύχοι.

v. 783 οὐκ ἔστιν ἁνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός. Sic exhibet codex Γ, modo pro ἁνὴρ posito ἀνήρ, quae quidem permutatio frequentissima est: cfr. Ai. vv. 878. 979. 991. 1194. 1268. 1355. Laur. Α perperam ἀνὴρ ἐκεῖνος.

v. 825 αἰτήσομαι δέ σ' οὐ μακρὸν γέρας λαχεῖν. Haec est germana lectio codicis Γ, quum cod. Α et apographa varient inter λαβεῖν et λαχεῖν.

v. 957 γελᾷ δὲ τοῖςδε μαινομένοις ἄχεσιν πολὺν γέλωτα κτἑ. Pro ἄχεσιν falso cod. Α ἄχεσι.

II. v. 379 ἰὼ πάνθ' ὁρῶν, ἁπάντων τ' ἀεὶ — κακῶν ὄργανον, τέκνον Λαρτίου κτἑ. Sic recte unus Flor. Γ ἁπάντων τ', quum τ' a manu prima omissum in cod. Α additum sit a manu recenti.

v. 516 καὶ μητέρ' ἄλλη μοῖρα τὸν φύσαντά τε — καθεῖλεν Ἅιδου θανασίμους οἰκήτορας. Unus Flor. Γ φύσαντά τε; cod. Α et inde apographa fere omnia inter μὲ et τὲ fluctuant.

III. v. 202 ναὸς ἀρωγοὶ τῆς Αἴαντος, — γενεᾶς χθονίων ἀπ' Ἐρεχθειδῶν. Sic Dindorfius cum Flor. Γ repudiato, quod exhibet Laur. Α, Ἐρεχθειδᾶν, quum formas doricas a systematis anapaesticis alienas esse sibi persuaserit: cfr. adnotat. ad Antig. v. 110.

v. 455 νῦν δ' αὔτ' Ἀτρεῖδαι φωτὶ παντουργῷ φρένας — ἔπραξαν. Quae lectio codicis Α quamquam per se non habet cur improbetur, tamen vix dubium est quin lectio codicis Γ ὧδ' pro αὔτ' plus habeat acrimoniae. In hoc enim adverbio hanc significationem inesse: maxima cum iniuria Atridas Ulixi arma tribuisse quis est quin videat?

v. 488 ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρός — εἴπερ τινὸς σθένοντος ἐν πλούτῳ Φρυγῶν. Haec plana lectio codicis Α est; quod Flor. Γ praebet ἐκ πλούτου pro ἐν πλούτῳ, hoc loco solutae magis orationis quam poetarum morem referre videtur.

v. 715 *Αἴας μετανεγνώσθη — θυμοῖ τ' Ἀτρείδαις μεγάλων τε νεικέων.* Hanc Hermanni coniecturam *θυμοῦ τ'* pro lectione codicis *A θυμὸν* et Parisini *A θυμόν τ'* plerique editores receperunt; mihi quidem Flor. *Γ* lectio *θυμῶν τ'* etiam praestabilior videtur. Quamquam enim secundum Dindorfii sententiam pluralis substantivi *θυμὸς* plane a tragicis poetis abdicandus est, tamen Lobeckius exemplis ex Platone, Aristotele allatis illum eius numerum haud improbabilem reddidit.

v. 773 *τότ' ἀντιφωνεῖ δεινὸν ἄρρητόν τ' ἔπος.* Pro *τότ'* praebet cod. *Γ ὁ δ'*, quod vehementer placet apodosi scilicet superadditum (post *ἡνίκα*), quo magis Aiacis importuna ac dira responsio ad mitem ac benevolam exhortationem Minervae efferretur.

v. 780 *τοσαῦθ' ὁ μάντις εἶφ'· ὁ δ' κτἑ.* Pro lectione Laurentiani *A τοσαῦθ'* praebet codex *Γ τοιαῦθ'*. Equidem facile eo inclino ut huic lectioni priores deferam pluris interesse ratus, quid et qualia Calchas pronuntiaverit quam quot verba fuderit. —

His igitur tot tamque illustribus locis (sunt autem circiter octoginta) satis demonstrasse mihi videor librarium codicis *Γ* per se nullius aut adiumento aut auctoritate textum archetypo derivatum composuisse. Quod ut credamus, cum iis, quae primo in codicis *Γ* textu scripta inveniuntur, perlustratis facile adducimur, tum ne adnotatae quidem cum compendio *γρ.* aliae lectiones efficere possunt, ut iudicii nostri poeniteat. Nam etsi his locis, in quibus variae lectiones in Flor. *Γ* adscriptae sunt, effici posse videtur, ut codex ille primo ab archetypo descriptus, tum cum Laurentiano *A* comparatus sit, tamen haec sententia parum habet probabilitatis, propterea quod multis locis varias illas lectiones sive veras sive falsas non cum Laur. *A* consentire sed novas et Florentini *Γ* proprias esse cognoscimus. Illud igitur multo probabilius statuimus omnes illas adscriptas lectiones ex ipsius archetypi scripturis huc defluxisse, nonnullis fortasse exceptis, quae ex ipsius librarii errore profectae videntur, ut Phil. v. 106 ad *θρασὺ* adnotatur *βραχύ*, quod ex versu 82 huc irrepsisse manifestum est.

Satis dictum arbitror de libris Mss., qui quidem non minus digni putandi sint ut inspiciantur quam primarius ille Laurentianus *A*. Ex ceteris autem libris Mss., qui quidem noti sunt, nullus tantum momenti ad fabulas emendandas aut ad lectiones maxime dubias stabiliendas afferre videtur, quantum unus de tribus illis supra accuratius descriptis. Quo fit ut maximopere cavendum esse existimem, ne ii loci, quibus in una eademque lectione omnes tres, quos supra commemoravi, codd. conspirant, novis coniecturis vel emendationibus tententur, aut si duo illi Florentini consentiunt, diligentissime considerato opus esse, priusquam corrigendo locum restituendum esse persuasum habeas. Veluti a Dindorfio, ut aliquot exempla afferam, frustra coniectura tentati videntur hi loci: Phil. v. 66. ubi vulgatam lectionem: *τούτων γὰρ οὐδέν μ' ἀλγυνεῖς* mutatam ille vult in *τούτων γὰρ οὐδὲν ἀλγυνῶ μ'*: cfr. Herm. ad h. l. ibid. v. 167 *οὐδέ τιν' αὐτῷ — παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν*. Dindorfio lectionem apographorum *αὑτῷ* pro *αὐτῷ* praeferendam esse statuenti recte opposueris Linwoodii sententiam. ibid. v. 196 quum *A* et *Γ* in lectione *ὅπως* congruant, non dubito quin illam retineam Porsoni emendatione *ὡς*, quam Dindorfius complectitur, improbata, scribendumque esse censeam *οὐκ ἔστιν ὅπως οὐ θεῶν μελέτῃ — τοῦ μὴ πρότερον κτἑ*. Ai. v. 61 *κἄπειτ' ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν πόνου* scriptum vult Dindorfius pro lectione *φόνου*, quam ab *A* et *Γ* traditam equidem retinere maluerim. ibid. v. 499 *ξὺν παιδὶ τῷ σῷ δουλίαν ἕξειν τροφήν*. Sic ab omnibus fere editoribus versus restitutus est secundum correctionem manus alterius codicis *A* *δουλίαν* pro *δούλιον* exhibentis. At quum etiam cod. *Γ*, quod mirum sit, cum prima manu codicis *A* *δούλιον* versumque ipsum repetendo, quo paulo remotius erat, pronomine corrigendum in hunc modum: *ξὺν παιδὶ τῷ σῷ δούλιον μ' ἕξειν τροφήν*.

Plura exempla afferri possunt, quibus quam infeliciter a Dindorfio nonnumquam lex illa supra a me proposita neglecta sit, quam quidem in poetae fabulis emendandis primam atque principalem esse nunc nemo est quin persuasum habere debeat, demonstrare possim. Alteram vero legem, ex lectionibus va-

riis ac discrepantibus inter se codicum Δ et Γ eam ut eligamus, quae paulo insolentior atque magis ad poetae ingenium apta esse videatur, omnibus fere quae supra ex codice Γ attuli exemplis probabilem ut redderem operam dedi. Hi sunt tamquam cardines rationum, in quibus Sophoclearum fabularum emendatio versari debet. Quod ita esse si non omnibus planissime demonstrasse videbor, at rem ipsam nos disquisitione nostra aliquanto longius promovisse et propius ad exitum adduxisse nemo negabit. —

VITA.

Ego, Mauritius Antonius Seyffert, natus sum anno huius saeculi quadragesimo die IV. Quintilis Brandenburgi Marchiae, patre Mauritio Seyffert, qui tum munere conrectoris gymnasii functus est, matre Amalia de gente Rose. Hinc post sex annos pater professor electus est gymnasii Ioachimici Berolinensis. Ea in urbe inde ab anno MDCCCLI ad MDCCCLX usitatum perfeci cursum gymnasii Ioachimici, primo Aug. Meinekio v. illustrissimo, tum G. Kiesslingio rectore, cuius sub auspiciis faustissimis adhuc illud floret. Tum testimonio maturitatis munitus Halas Saxonum me contuli philologicis studiis me dediturus. Atque in hac sede litterarum per septem sequestres semper versatus Th. Bergkii, God. Bernhardyi, Hertzbergii, Schadii, Schalleri scholis usus sum et seminarii regii sodalis sui ordinarius per biennium ad anni MDCCCLXIII aestatem. His viris omnibus me, ut par est, devinctum profiteor; praeter ceteros vero gratissima prosequar memoria Bergkium et Bernhardyum, quorum uterque de studiis meis recte instituendis et consilio et auctoritate quantopere sit meritus memoriam non deponam.

THESES.

Soph. Ai. v. 208:

τί δ' ἐνήλλακται τῆς ἁμερίας
νὺξ ἥδε βάρος;

codd. scripturam retinendam esse.

Eurip. Phoeniss. v. 595 edit. Nauck. scribendum esse:

ἐγγύς, οὐ πρόσω· βέβηκας· εἰς χέρας λεύσσεις ἐμάς;

Propert. V, 11, 5:

Te licet ovantem fuscae deus audiat aulae.

emendationem ‚scilicet' pro ‚te licet' probandum esse.

Sex. Propertii carminum libros quattuor integros ad nostram memoriam propagatos esse.

Basilicam Porciam Romae non primam aedificatam fuisse.

Chrias formam tironibus ad quamlibet materiam recte tractandam esse aptissimam.